Tantalus a la. Hic poeta ꝓbat ſtultitiã taliter vſuẽtiũ ꝑ fabulã Tantali quã modo recitauimus dicens. Tantalus rex phrigię ſitiẽs. i. ſitibundus & graui ſiti cõfectus captat. i. freq̃nter cape conaꝫ: flumina. i. aq̃s puriſſimas fluentes apud inferos vbi ipe eſt: fugiẽtia a labris. i. a labijs ipſius tãtali dũ ſe inclinat ad ea capiẽda. hac narratiõe incepta riſit auarus: q quia ad eũ loquiꝫ poeta fingiꝫ ꝑſens: vñ dicit auctor. qd. i. ad qd rides O auare. Fabula quã occepi narrare de Tantalo: narraꝫ de te mutato noie. hoc eſt ſolũ intereſt q tu nõ habes nomẽ tãtali: quia oñe qđ de pœna tantali narratur tibi cõuenit. tu eni inhians. i. auide cupiẽs plura accumulare aut ea q̃ habes cuſtodire: indormis. i. etiã cum dormire deberes ĩtẽdis ſaccis. i. loculis pecuniarũ cõgeſtis. i. cõgregatis & accumulatis vel refertis: vndiq. i. ex oĩ pte tã iuſte q̃ iniuſte: & tu cogeris. i. cõpelleris auaricia iubẽte: pcere. i. abſtinere & cõtinere te a ſaccis tuis plenis auro & argẽto: tã q̃ ſacris. i. tanq̃ eſſent res ſacrę quas in vſum ſuũ conuertere nõ licet homini ꝓphano: aut cogeris gaudẽs ſaccis pecuniarũ tanq̃ tabellis pictis. i. depictis q̃ res inaniſſima eſt. Neſcis o auare quo. i. ad quid: nũmus. i. pecunia ſignata: valeat. i. vtilis ſit. & neſcis quẽ vſum p̃beat? ꝓbet ſup. talem vſum. vt eo panis emaꝫ: & holus. i. q̃cũq herba qua veſcimur: & ſextarioꝰ. i. pua mẽſura vini. Adde etiã illa qs. i. qbus. natura hũana doleat. i. ęgre ferat negatiſ. i. ſieẽnt negata ſibi. hoc ẽ oĩa q̃ ad victũ & amictum neceſſaria ſunt. de qbus dictũ eſt. Habentes victũ & amictũ his cõtẽti ſumꝰ. Adde aũt grammatice relatiuũ non debere conſtruí príus q̃ antecedens. quapropter melior eſt grãmaticorum ordo. quis natura humana doleat negatis ſibi. q̃ hic. quis negatis ſibi natura humana doleat. Ponitur aũt quis in ablatiuo plurali iuxta ſecũdã declinationem. Nã qs & qui mixtim declinaꝫ & ꝑ ſecũdam declinationẽ & ꝑ tertiam. Per ſecundã enim dicimus. cuius a quo. qui quorũ quis quos & a quis. ꝑ tertiã. quis cui quẽ a qui quibus & a quibus. Olim aũt in cõi genere dicebatur. quis in noiatiuo: & quẽ in actõ. vñ & in ennucho terẽtij pythias de feminis nimirũ loquẽs hunc oculis ſuis noſtrũ nunq̃ quiſq̃ vidit. vbi donatus quiſq̃ inquit antiqua eſt locutio. ſed nũc vt notiſſimũ eſt tãtum in maculino dr. An vigilare metu &c. Totus hic ſermo ſicuti dictũ eſt habet quandam formam diologi. Quia ergo auarus prius dixerat: iocundum eſſe ex magno aceruo ſumere: & vnumquẽq tanti eſſe quantum habet. Ideo oſtendit poeta auarum nõ habere delectationem aut fructum ex diuitijs quibus non audet vti: ſed veluti tantalum earũ ꝑſentia magis cruciari. Vnde probat hic non ſuauitatẽ aut verã voluptatem ſed metum & anxietatem eſſe in poſſeſſione magnarũ diuitiarum. Iuxta quod dicit Iuuenalis. Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.

Tantalus a labris ſitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. congeſtis vndiq; ſaccis
Indormis inhians: & tanq̃ parcere ſacris
Cogeris: aut pictis tanq̃ gaudere tabellis.
Neſcis quo valeat nũmus: quem ꝑbeat vſum?
Panis ematur: holus, vini ſextarius: adde
Quis humana ſibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimẽ. nocteſq; dieſq;
Formidare malos: fures: incendia: ſeruos
Ne te cõpilent fugientes hoc iuuat? horum
Sẽper ego optarẽ pauperrimus eſſe bonorũ.
At ſi cõdoluit tentatũ frigore corpus
Aut alius caſus lecto te affixit: habes qui
Aſſideat: fomenta paret: medicũ roget vt te
Suſcitet: ac reddat natis chariſq; propinquis.
Non vxor ſaluum te vult: nõ filius: omnes
Vicini oderunt: noti: pueri: atq; puellę.
Miraris cũ tu argento poſt omnia ponas
Si nemo ꝑſtet quem nõ merearis amorem?
At ſi cognatos nullo natura labore
Quos tibi dat retinere velis: ſeruare eq; amicos
Infœlix operam perdas: vt ſi quis aſellum
In campum doceat parentem currere frenis.

Quis.

Interrogat ergo auarum an ipm iuuet semp vigilare in metu et anxietate ne diuitias suas amittat. Enumerat aũt quattuor quæ diuitias auferunt. malos .i. p̃dones & raptores qui vi rapiũt. fures qui furtim et clam sublegunt. incẽdia q̃ casu & infortunio demũt. & fures qui dolo et fraude fugã faciẽtes compilant. i. diminuũt diuitias. Quod vocabulũ mihi sumptum videtur ex apologis ęsopi: e quibus poetam nr̃m multa sũpsisse constat. Narrat aũt ęsopus virũ quẽdã mediocris ętatis duas vxores duxisse: alterã iuuẽculã quæ vt maritũ sibi similẽ redderet: canos eius pilos extraxit. et alterã vetulam quæ eadẽ de cã nigros sustulit. vnde ambę compilando. i. pilos euellendo maritũ caluũ et allegoricos pauperẽ et nudũ reliq̃runt. vnde compilare est dolose aliquem expoliare. At si cõdoluit. Respõdet auarus. Tametsi diuitię nõ sine anxietate custodiunt habẽt tamẽ vtilitatẽ ob quã debeant custodiri. videlicet q̃ habẽtibus eas assistũt amici in infirmitatibus & medicinam adhibent: et medicos procurant. Non vxor &c. Respondet poeta ostẽdẽs oĩno secus euenire. vnde duplices hoĩes nobis deuinctos & obnoxios habere possum⁹: videlicet beneficio: quos amicos vocamus. & cõsanguinitate seu affinitate: quos necessarios: neutri autẽ hoc obsequũtur aut assistentiã faciũt diuiti auaro. Non amici: quia eos nõ habet. Iustũ eñ est q̃ qui sanus nulli quicq̃ dedit: sed pecuniã plus q̃ oms hoĩes amauit: in infirmitate nemi nẽ hẽat q sibi cõdoleat aut amicus sit. Nõ ẽt necessarios: qa cõtra naturã est q̃ hęredes alicui⁹ diuitis auari salutẽ ei⁹ p̃curent. qa vt docet Iuue. etiã filius mortẽ p̃is diuitis & auari exoptat. Dicit ergo poeta. Ac si cognatos &c. quæ verba sic porphyrio exponit. Sensus est. An te putas ita operã perdere si cognatos quos tibi sine labore tuo natura tribuit retinere volueris siue amicos seruare. vt si quis velit asinũ frenis regere vt equi fungatur officio. Et hoc videlicet de asino prouerbiũ aut prouerbiale est: quia infacetũ atq̃ inurbanũ erit si putemus illud ad p̃ns a poeta fictũ eẽ. hęc porphyrio. Melius aũt meo iudicio intelligũt qui dicunt poetam assertiue dicere ita eum operã perdere qui vellet necessarios suos sibi facere & retinere amicos: sicut qui asinos vellet regere frenis. Pulchrum autem & dignum notatu est. q̃ prouerbialia etiam vilia facetiam habent si nota & antiqua sunt: inurbanitatem aũt si agrestia sint & noua fingantur. Ordo igit̃ est. An o auare hoc iuuat. i. delectat te: videlicet te exanimẽ. i. semimortuũ & fere exãguem: metu. i. p̃ timore vigilare et formidare noctes & dies. i. omni tp̃e malos fures: vel malos: vt p̃dones & raptores q vi auferũt. & fures q furtim. & incẽdia quæ p infortunia: & seruos. ne ip̃i serui fugientes cõpilent. i. denudẽt: & vt ita dicam depauperent te. ego inquit poeta optarem esse sp pauperrimus horũ. i. hmõi bonorũ quæ cruciatũ afferũt et metũ. Respondet auarus. At. i. sed. qua si dicat attamen licet diuitię cũ anxietate custodiunt: tamen vtilitatem habẽt. nam si corpus tuũ tentatũ. i. inuasũ & molestatũ frigore condoluit: aut si ali⁹ casus. i. aliud genus ęgritudinis casu eueniens affixit te lecto. ita q̃ cogaris in lecto ęgrotus manere. nam q appositus est lecto recedere dũ vult potest. q affixus est nõ potest. si ergo fueris in lecto ęgrot⁹ & habueris diuitias: tu habes supple amicũ qui assideat. i. iuxta te sedeat ad consolandũ aut confortandũ te: & q paret i. prępparet (venit eñ a paro paras parare) fomenta. i. nutrimenta & confortamenta naturę tuę. & q roget medicum vt suscitet. id est releuet te ab infirmitate vnde mori debeas sine medico. ac reddat. id est restituat te natis. id est liberis & charis propinquis. Ad quæ poeta ostendit multo aliter euenire diuiti auaro dicẽs. vxor nõ vult te saluũ scilicet fieri. filius non vult te saluũ fieri. omnes vicini oderunt. id est odio prosequũtur te. Est enim vtriusq̃ temporis in significatõne: licet in coniugando tantum pręteriti sit temporis. Nam odio non legitur. Licet semel apud Ciceronem odias legatur. Noti vt pueri & puellę. id est omnes familiares oderunt te: sed cum tũ postponas argento omnia. id est ames plus argentum q̃ amicos aut familiares: miraris si nemo prętet tibi amorem quem non merearis. quasi dicat: non debeas inde mirari: quia id iustum est. At pro sed: si velis retinere & seruare amicos. i. in amicitia & beniuolentia erga te. cognatos. id est tecũ ab eodẽ sanguine natos: quos natura dat tibi nullo labore. i. sine opa tua sola necessitudine sanguinis: tu infelix pdas operam. i. frustra labores: vt. i. quẽadmodũ si qs doceat. i. conetur docere asellũ. i. iuuenem asinũ parentẽ. i. obtẽperantẽ & obedientem frenis currere in campũ supple: perdit operam: qa asinus non mutabit naturã suam. Non est aũt asini natura parere frenis & iussu dñi sui currere. sicut non est natura hęredũ amare diuitem auarum necessarium suum cui ẽt ab intestato succedant. Est ergo prouerbium. Asinũ docet parere frenis: qui sibi lachrymas petit hęredis. Nam tritũ est prouerbiũ. Hęredis fletus sub p̃sona risus ẽ. sub p̃sona. i. sub velamento facies. Notandum autem est parentem deduci a pareo secundę coniugationis. habet enim primã lõgã: quã parens pro patre & matre & pariẽs corripiunt. sed ad reliq̃ redeam⁹.

Cõpilare.

Odi.

Denicꝫ ſit finis quærendi.infert poeta principale inſtitutū toti⁹ ſatyrę: videlicet vt faciamus finē q̄rendi: nec vltra ſufficientiam q̄ramus. Probat autē exemplo cuiuſdam:cuius nota ſuo tp̄e erat hiſtoria:poſtmodū aūt obſcurior: quia de ea nihil dicūt cōmentarii:q̄ periculoſa ſit magnę pecunię ſordida poſſeſſio.Nam quidā inquit vnidius cū tā ſordidus & miſer vixiſſet q̄ nū q̄ ſe melius q̄ ſeruos ſuos veſtire auſus eēt: miſerrime vitam amiſit.Nam a liberta caput eius ſecuri ablatum eſt.quapropter dicit poeta q̄ ipa erat fortiſſima tyndaridarum. De quo vocabulo dicam ſtatim vbi fabulam ab acrone tactam recitauero:quę hęc eſt.Pelops tantali filius Atreū & Thieſtē genuit:qui alternis vicibus regnabāt.verū thieſtes quum ſciret regnū penes eū fataliter manſurum qui arietem velleris aurei haberet quem tunc atreus regiam ingreſſus plurimū cuſtodiebat. Corrūpens europam fratris vxorē imperiū ad ſe tranſferre poſſe iudicauit.Hinc ab atreo eſt regno pulſus.deinde ficta gr̄a reconciliationis atreus fratrem reuocauit:cui filios ſuos appoſuit epulādos.quam rem vt vindicaret thieſtes oraculū apollinis conſuluit.vñ accepit reſponſum ſe nouo ſcelere poſſe vindictam reperire:ſi videlicet cum filia ſua pelopeia concūberet.quod & fecit & egiſthum genuit.qui poſtea atreū patruū ſuū occidit:& cū clytēneſtra agamēnonis vxore adulterium cōmiſit.cuius etiā conſilio agamēnonem atrei filiū patruelem ſuū a bello troiano redeūtem īteremit. Alii aūt dicunt clytemneſtrā ipam hoc effeciſſe.vnde Iuuenalis. Hoc tm̄ refert q̄ tyndaris illa bipennem Inſulſam & fatuam dextra leuaꝫ tenebat. Tyndaris.i. clytemneſtra tyndari filia ex leda:ex qua iuppiter in ſpecie cygni hęlenam genuit cōiugem Menelai:q̄ etiā tyndaris a vergilio vocaī eo q̄ ex tyndari vxore nata ſit:ſicut hercules iouis filius amphitrioniades vocaī. helena autē aut paridē ſecuta aut ab eo rapta:poſt mortē ei⁹ deiphobo nupſit cuius mortis cauſa extitit.Nam vt ipe apud vergiliū in.vi æneī.recitat.capta troia veteri marito forte recōciliationis gr̄a aditū fecit:& pugionē marito nouo.i.deiphobo quē ſub capite ſuo locare cōſueuit dormienti ſurripuit.vnde ab inimicis oppreſſus et poſt faciei deformationē naſiq̄ detruncationem occiſus eſt.vtraq̄ ergo tyndaridum extitit cā mortis mariti ſui:&vt nōnulli dicunt clytemneſtra ꝓpria manu maritum interemit.ſed ſiue propria manu ſiue conſilio: ſiue alio quouis pacto id effecit:certum eſt fuiſſe occaſionē mortis eius vnde ab Oreſte filio ſuo ēt ipa in vindictam patris interempta eſt. Hęc de hac fabula ſatis prolixę ſunt dicta q̄uis mīta reſtent alibi dicenda. Quod aūt in textu dī tyndaridarū:videī patronymicū maſculini gn̄is ꝓpatronymico femi gn̄is poni.quod quidā excuſant dicūtq̄ a poeta eo cōſilio factū:vt oſtenderet q̄ liberta illius auari non ſolū mulieres ei⁹ familię:ſed et viros ſuperauerit. Alii autem dicūt ſic intelligendū nō q̄ ipa ſit fortiſſima tyndarides:id em̄ dici nō pōt.ſed per ſubauditionem fortiſſima liberta.aut ancilla aut imitatrix tyndaridarū.Neq̄ vero ītelligas eā fuiſſe de familia aut genere tyndari:ſed imitatricē tyndaridos.i.clytēneſtrę vel hęlenę.ſicut fortes viros oēs hectores vocant. Ordo eſt. Denicꝫ.i.vt tandē paucis quod volo dicam.Hoc em̄ ſignificat hęc dictio denicꝫ.o auare finis.i.meta & terminus quęrendi.i.cōgregandi diuitias ſit tibi.& cum.i.q̄n tu habeas plus.metuas.i.formides minus pauperiē.i.paupertatem et egeſtatē. Aliquando aūt pauperies ſignificat damnū.vt.ff.ſi quadrupes pauperiē feciſſe dicaī.& incipias finire laborē parto.i.acquiſito.eo qđ auebas.i.cupiebas.hoc ē poſtq̄ acqſiſti qđ deſiderabas. Cōtra qđ faciūt q̄ q̄ toplus habent tanto plus concupiſcunt.Nec facias illud quod quidam vnidius ſupplecit.de quo fabula non eſt longa.i.longe repetenda & ignota.vel longa.i.multis verbis recitanda:vt igitur quidam vnidius ita diues vt metiretur nūmos:quod ſignum maximæ granditatis pecunię.Nam qui mediocrē ſummam habent.aut pondere aut numero decernūt:& ita ſordidus ad eſt ſordide & tenaciter viuens:vt non veſtiretur vnq̄ melius ſeruo:metuebat em̄ aduſq̄ quod nos dicimus vſq̄ ad ſupremū.id eſt vltimū tempus vitę ſuę:ne pœnuria.i.egeſtas & difficultas victus opprimeret ſe.at pro ſed liberta eius fortiſſima ſupple imitatrix tyndaridarum.i.exiſtē-

Denicꝫ ſit finis quærendi:cūq̄ habeas plus
Pauperiem metuas minus:& finire laborē
Incipias parto quod auebas.nec facias quod
Vnidius quidā (nō longa eſt fabula) diues
Vt metiretur nummos:ita ſordidus:vt ſe
Non vnq̄ melius ſeruo veſtiret.aduſq̄
Supremū tempus ne ſe pœnuria victus
Opprimeret metuebat:at hūc liberta ſecuri
Diuiſit medium fortiſſima tyndaridarum.

Pelops. Atreus. Thieſtes

Clytemneſtra.

Hęlena

Tyndarides.

tium de domo tydari diuisit.i.secuit hunc videlicet diuitē auarū patronū suū mediū.i.p mediū eius securi.i.tali instrumento:qđ a secando dicitur. Caue aūt puer ne dicas diuisit cum securi: quia cū prępositio nō iungit̄ instrumēto:sed comiti aut concomitantię vt argut⁹ docet valla. Sordidus est qui sordide possidet & turpem vsum habet. Contra lautus qui nitide rem expēdit Auarus proprie qui cupide acquirit:et tenax qui difficulter expēdit.

Cum. Sordidus Lautus. Auarus. Tenax

Quidnā igitur suades vt viuā męuius: aut sic
Vt nomentanus? pergis pugnantia secum
Frontibus aduersis cōponere? nō ego auarū
Cū veto te fieri: vappā iubeo ac nebulonē.
Est inter tanaim quiddā socerūq; viselli:
Est modus in rebus sūt certi deniq; fines
Quos vltra citraq; ne quit cōsistere rectum.
Illuc vnde abii redeo: nemo vt sit auarus
Se probet: ac potius laudet diuersa seq̄ntes
Quq; aliena capella gerat distētius vber
Tabescat: neq; se maiori pauperiorum
Turbę cōparet: hūc atq; hūc superar̄ laboret.
Sic festināti semper locupletior obstat.
Vt quū carcerib⁹ missos rapit vngula currus
Instat equis auriga suis vincentibus: illum
Pręteritū temnēs extremos inter eūtem.
Inde fit vt raro qui se vixisse beatum
Dicat: & exacto contētus tempore vitę
Cędat vti conuiua satur: reperire quæamus.
Iā satis est ne me crispini scrinia luppi
Cōpilasse putes: verbū nō amplius addam.

Quidnam igitur suades. Auarus cōuictis argumentis poetę: nec valens īficias ire quin turpe & periculosū miserūq; sit in auaritia senescere: indignat⁹ obijcit vitiū ꝓdigalitatis: vt ei⁹ respectu honestior videatur auaritia: quā q ei student ꝑsimoniā vocant. Quidnā igitur suades? q.d. viso ꝙ tātopere dānas q̄ sua custodiūt quidnā suades: nō ne vt viuā męuius aut vt nomētan⁹ viri ꝓdigissimi: & vt ipe oē patrimonium meū in gula & libidine cōsumā. Hic aduertendū est ꝙ męuiū quidā nimis parcū & sordidū intelligūt. Alij aūt prodigum et luxuriosum: inducti ad hoc sentiendū: quia poeta quęrit: an ꝑseueret cōponere secū pugnantia.i.inter se cōtraria. quod non eēt nisi vita męuij eēt cōtraria vitę nomentani quē oēs prodigū ꝓfitentur: vñ sequitur męuiū fuisse maxime auarum. Sed qui dicunt eū etiam prodigum fuisse non minus efficaces habent approbationes: quarum prima est ꝙ alijs locis Horatius: ipsum męuiū libidinosum & olentem attestat̄ vt in epodo. Mala soluta nauis exit alite Ferens olentum męuiū: in cui⁹ fine dicit. Opima ꝙ si pręda curuo littore. Porrecta mergos iuuerit libidinosus īmolabitur caper &c. vbi innuit eū pinguē et libidinosum fuisse et ob hoc libidinosum caprum pro eius morte immolandū. liquet ergo ip̄m non parcum fuisse: quia alibi dicit eum bona patria abligurisse. Secūda ratio ē: quia si męuius parcus & auarus fuisset: auarus nō opposuisset eū horatio improbāti auaritiā. Nō em̄ coheret snīa. vt dicat auar⁹: viso ꝙ damnas auaritiā: qdnā suades vt viuā. s. sicut męuius.i.ille auarus? rñderet em̄ poeta: dixi tibi ꝙ nolo vt ita viuas. Tertia est ex mō loquendi: qa si hora. voluisset ꝙ auarus interrogaret: an viuere debeat vt męuius auarus: an vt nomētan⁹ ꝓdigus: nō posuisset: qd igit̄ suades? sed vtrū igit̄ suades & p̄cipue nō posuisset aut nomētauus: sed an vt nomentanus: vt bene accipiūt q Laurētiū vallensem de an & vel: intelligūt. Nec obstat ꝙ versus nō patit̄ vt dicat̄ an vt &c. quia poeta noluisset ꝓ versu inepte loqui. Nā facile aliū cōposuisset. verisil̄e est ergo ꝙ p męuiū etiā luxuriosum ītelligat. Ft qñ dr̄ qūo ergo dicit poeta ꝙ sint pugnātia secū. Rñdebis ꝙ poeta nō vult ꝙ ea q̄ auarus adducit sint secum.i.inter se pugnātia: sed ꝙ auaritia quā prius auarus approbauerat: & ꝓdigalitas męuii & nomentani quā nūc obijcit sint pugnantia frontib⁹.i. extremitatib⁹ aduersis: sūt em̄ duo extrema vitiosa īter quæ est virtus media. Nā vt dicet̄ in sequēti sermone. Virtus est mediū vitioꝝ vtrinq; redactū. Vñ hic addit poeta. cum ego veto te fieri auarū: nō iubeo te fieri vappam & nebulonē.i.hoīem profusum: perditum & leuem. Nam vappa dicit̄ vnū

Vappa

q̃d efferbuit atq; oẽm vigorem amisit: & nebulo est obscurus & leuis & sine vitę claritate: qualis est prodigus: q cũ patrimoniũ suũ assũpsit in delitiis ẽ quasi vappa. í. vinũ qd efferbuit: qa in sũmã miseriam redactus vapidus & mollis efficitur: nihilq; vigoris amplí⁹ retinuisse videtur. Est ẽt sicut nebula: quia amissa honestate & abiecto pudore cogit̃ alienas mensas sectari: iter q̃s est vt nebula. í. fœdus & obscurus sine pondere & virtute. Est inter tanaim: ꝑbat vrbane medi

Tanus

um eẽ in reb⁹. Nã tanais: aut tanus (vtrũq; em̃ scriptũ reperio) spado erat: hoc ẽ cui testiculi erãt euulsi: socer aũt visellii erat herniosius. í. vt vulgo dicũt raptus: & ita hẽbat non solũ testiculos sed et partẽ intestinoꝝ sub virga virili: inter ergo sacculos testiculoꝝ plenos & ianes mediũ est Est modus in reb⁹. auctoritas nota. Illuc vñ abii redeo &c. dictũ est in principio hui⁹ sermonis q; nemo sit cõtẽtus sua sorte: & q; qlibet vellet mutare cõditionẽ & statũ suũ qd vitiosũ ẽ. Posset aũt auarus dicere: q; nõ sit in ea re vitiosus: qa nõ vult mutare propositũ suum: sp em̃ vult in auaritia pstare: vñ illi q volunt statũ suũ mutare: quãtũ ad auaritiã nõ mutanť: qa iõ volũt statũ suũ mutare vt ꝑ nouũ statũ pťa lucrenť: ꝑmanet ergo in auaritia & in cupiditate pťa hñdi: vñ dici solet. In nobis vitia decrescũt oĩa: solã p̃ter auaritiã. q̃ nobis debilitatis fortior efficit̃ crescẽs crescẽtib⁹ annis. Licet ergo qs cõstãs fuerit in auaritia aut in alio pctõ: nõ ꝓpterea inquit poeta se ꝓbet. í. ꝓbũ putet & laudet: ímo potius laudet diuersa sequẽtes: quia melius est aím mutare q̃ in malo pdurarę. Pręcipit ẽt poeta q; nemo inuidia tabescat si res vicini sui meliores videat: ne q; se ideo pauperẽ putet: quia ditiorẽ videt: quia q ad hoc tẽdit vt se nemo sit ditior: nũq̃ erit cõ

Curule certamen.

tentus qbuscũq; reb⁹ habitis: sed sp aliũ ditiorẽ añ se inueniet: sicut in curuli certamíe q oẽs ãte se exñtes vellet supare & vt dicũt posterg are nũq̃ quietus erit. Pro quo sciendũ est q; curule certamen dictũ ẽ a currib⁹: sed metri cã auferť vnũ r: nõ em̃ dr̃ currule sed curule. Institutũ ãt videť vt iuuenes periti sint artis aurigandi. Nã p risicis tp̃ib⁹ sũmi bellatores nõ in equis: sed in curribus bellabãt: vt de hectore achille: cęteriscq; fortibus viris in bello troiano ex homero aliisq; autoribus cõstat. Fiebat ãt curule certamen hoc mõ. Erat latus cãpus in quo metę vt pali aut stipites erãt in circũ positę: circũ quas q ꝓxime et velocissime ter currũ suũ illesũ pduxit: victoriam obtinuit. Stabant autẽ oẽs certare volẽtes cũ currib⁹ in equis suis in ęquali distantia: et dato signo oẽs simul ꝓruebant. Maxima ãt gloria erat proxime mœtas currũ ducere: et eũ ad mœtas nõ allidere: quia qui hoc faciebat maximũ spatiũ pcurrebat: in circũ ferentia em̃ maius spacium est q̃ circa cẽtrũ. Magnæ autẽ peritię erat euitare metas. vñ dicit poeta noster ĩ prima oda. Sũt quos curriculo puluerẽ olympicũ collegisse iuuat. Metaq; feruidis euitata rotis &c. Vbi de variis ludis & eoꝝ inštitutoríb⁹ & de locis vbi inštituti sunt multa valde egregia ex cõmentariis q libet discere poterit. Mihi ãt hic satis est oñdere ĩ quo cõsistat cõpatio quã poeta nr̃ hic facit inter auarũ & aurigam in curuli certamine properantẽ. Et meo quidẽ iudicio in hoc cõsistit: q; cũ auriga qui primus primũ circuitũ perfecit: redit ad faciẽdũ scdm: offendit iam in via sua ante se eos quos habuit post se. vnde vult extremũ quẽ primũ ante se iunit iterũ prędcedere: & sic q̃diu in cursu circulari est sp aliquẽ ante se inuenit quẽ prędcedere conať. eo mõ auarus q̃uis sit ditissimus tñ sp inuenit aliquẽ añ se. í. hñtẽ aliquod qd ipe non habet: & qd vellet habere quapropter qui vellet oẽs in oĩb⁹ diuitiis supare nũq̃ esset cõtentus: aut quiet⁹ quacũq; re hita. Et ita iudicio meo iste tres dictiones equis suis vincentibus possent eẽ eiusdẽ: hoc est dtĩ casus: q̃uis Acro vel it suis equis eẽ ablatiuos instrumentales: vt in constructõne patebit. Inde fit vt raro &c. Quia igitur inquit omnes ante euntes superare volumus: ideo nemo in tota vita sua potest satiari diuitiis. Possumus enim inquit reperire cõuiuas qui ventrẽ satiant: sed auarũ qui mentem satiatã habeat non inuenimus. vnde de guloso solet dici q; citius ventrem, q̃ oculũ satiet: & de auaro: q; citius saccum q̃ mentẽ expleat. Crispinus iste poeta erat garrulus et aretalogus ob id dictus.

Aretalogꝰ

Aretalogus aũt est facetus mentitor qui mendacia pulchre colorat: & verisimilia facit. is autem dogmata stoicorum scripsit multis: sed incultis versibus. Ne ergo poeta noster garrulus habeatur: & nimis ꝓlixi. sermonis vt crispinus: dicit se finem dicendi facturum. Non autem timet q; posset credi crispini versus abstulisse: sed vt ille verbosus haberi: et ita per transitũ more satyrico crispinũ taxat. Ordo est. Dicit auarus igitur quoniã tantopere auaritiam damnas: quidnam suades mihi (versus non staret si legatur. Quid igitur suades) lege ergo. Quidnam igitur suades: nonne suades vt viuã mœuius aut vt nomentanus. í. prodigus et luxuriosus sicut mœuius & cassius nomentanus? Est autem reprehensorũ modus oppositum vitium obiicere: vt si cui dicas: quare ita p̃ceps ruis? respondebit: vis ergo vt limacem sequar? Respondet poeta. per gis. í. nõne perseueras componere. í. comparare: pugnãtia. í. repugnantia secum. í. inter se: frõ-

tibus.i.extremitatibus aduerſis.i.contrariis:qualia ſunt q̄ prius reprobaui:& q̄ nunc adducis. Cū.i.qñ:ego veto te fieri auarū:non iubeo te fieri vappā.i.hoiem pditū ꝑ ꝓdigalitatē & nebulonē.i.libidinoſū& leuē.Quiddā.i.qddā diſcrimen:q̄dā dria eſt inter Tanaim ſpadonē q nihil habet in facculis teſticulos:et inter ſocerū viſelli q cū hernioſus ſit facculos illos plenos & maximos habet.Modus.i.meſura & moderatio:eſt.i.cōſiſtit in rebus:et certi fines.i.limites ſunt i rebus:vltra quos et citra quos:rectū.i.res iuſta et recta nequit.i.nō valet cōſiſtere. Sed redeo.i. reuertor illuc.i.ad illud propoſitū:vnde.i.aliquo abii.i.digreſſus ſum. Nemo ꝓbet.i. approbet laudet cōmendet ſe:vt.i.quia ſit auarus & in auaritia ꝑmanens : ac laudet potius ſequentes diuerſa ſupple officia:hoc eſt:mallem q̄ ſtatū ſuū cupiat mutare q̄ q̄ in auaritia ꝑmaneat : q̄ ꝑ et nemo ſup.tabeſcat.i.īuidia cōſumat:q̄.i.quia capella.i.capra aliena gerat.i.portet vber.i.mammillas:diſtentius.i.pleniores et magis diſtentas.Neq̄ comparet ſe maiori turbę pauperiorꝫ atq̄ ſic faciendo laboret ſuperare hunc atq̄ hunc.i.vnūquēq̄.Cauſam addit:quia locupletior.i. aliquis ditior ſemp obſtat.i.opponitur:properanti.i.feſtinanti ſic vnūquēq̄ ſupare:vt.i.quēadmodū:cum.i.quando vngula.i.pes equorum firmiter terrę infixus vt fortius et celeri⁹ currāt rapit.i.raptim trahit currus miſſos.i.emiſſos:carceribus.i.e locis vbi equi arcentur ne currant Carcer. anteq̄ ſignum datum ſit:vnde ſcđm Seruiū:Carcer in ſingulari ſignificat cuſtodiam noxiorū: in plurali equorum retinacula. Cum inquā ita equi currus capiunt:auriga.i.director equorꝫ. inſtat.i.ſecundū acronis intellectū:inſtantiam & preſſurā facit equis ſuis.i.p equos ſuos vincentibus.i.aliis qui vicerunt. Vel ſicut prius dictū eſt.auriga inſtat.i.feſtinanter inſiſtit equis ſuis vincentibus.i.q̄is equos ſuos viciſſe ſemel videt tñ adhuc inſtat & vrget eos vtvltimū primi curſus iterum vincat:et bis curſum ſuū pficiat priuſq̄ ille ſemel:& hoc eſt quod dicit temnēs.i. parui ęſtimans & faciliter ſuperare ſperans:illū pręteritū.i.quē ſemel pręteriit eūtē inter extremos.q.d.ſi vellet oēs ſuperare quos ante ſe offēdit nūq̄ haberet finem: quia quē ſemel pręteriit redeundo circulariter iterū ante ſe inuenit. Inde.i.hac de cauſa fit.i.comparatum eſt:contingit euenit:vt q̄amus.i.poſſimus reperire raro aliquē qui dicat ſe vixiſſe beatum:et qui exacto tempore vitę.i. poſtq̄ expleuit tempus vitę ſuę:cedat.i.decedat:cōtentus.i.ſatiatus:vti. id ē quēadmodū cōuiua ſatur ſupple cedit:et non plus requirit q̄ ſaturitatem & repletionem ventris qui facilius impletur q̄ animus auari qui inſatiabilis eſt. Iam ſatis eſt ſupple de auaritia dictum:ne tu putes.i.aliquis putet&arbitretur me cōpilaſſe.i.furatū eē & abduxiſſe:ſcrinia.i.capſas librorum. Criſpini.i.illius poetę garruli:lippi.id eſt inepti vel lippos oculos habentis: non addam amplius verbum:ſed finem dicendi faciam.

¶Satyra ſecunda.

AMbubaiaꝫ collegia:pharmacopolę:
Mēdici:mimi:balatrōes:hᵒgenꝰoē
Mœſtū ac ſollicitū eſt cātatoris morte tigelli
Quippe bēignꝰ erat.Cōtra hic ne ꝓdigus eē
Dicatur metuens:inopi dare nolit amico
Frigus quo dirāq̄ famem ꝓpellere poſſit.
Hunc ſi percūcteris:auī cur atq̄ parentis
Pręclarā ingrata ſtringat malꝰ ingluuie rem:
Omnia cōductis coemens obſonia nūmis:
Sordidus:atq̄ animi paruī q̄ nolit haberi:
Reſpondet.laudat ab his : culpatur ab illis.
Fuſidius vappę famā timet ac nebulonis:

Eiuſdem In ſecundam ſatyram argumentum.

Ignaros medii notat inſanoſq̄ ſcđi. Ordo eſt. Secunda ſup. ſatyra : notat ignaros medii.i.q mediū tenere neſciunt:& inſanos.id eſt ex praua opinione peccantes.

AMbubaiaꝫ collegia &c. In hac ſecūda ſatyra Horatiꝰ primum oſtendit exemplis qūo dū vitāt ſtulti vitia in cōtraria currūt. Cū em̄ nolint circa mediū in quo virtus cōſiſtit īmorari:ſed contenti ſint alterū extremū a quo abhorrent effugere: in alterū extremū nō minus vitioſum dilabunt. Deinde oñdit multos magis ex opinione ſua praua:et ex concupiſcētia effreni peccare q̄ ex reiꝫ diſcrimīe. vñ oñdit nōminus voluptatis eē in ꝓſtituta q̄ i nobili matrona ſi nō falſa opinione duceremur. Cōtra.multo grauius eē pctm atq̄ periculū i matrona q̄ in ancilla aut publica meretrice:quocirca dehortatur Afcen.

nos ab adulterio cõmittẽdo. q̃ vero ad lupanaria videt inuitare nõ sic itelligas q̃si laudabl'e sit: sed min⁹ vitio sũ. Neq; vero ita dãnabil' ꝛputabat simplex fornicatio a gẽtilib⁹ q legẽ dinã nõ agnoscebãt: sicut a nobis q veritatẽ agnoscim⁹: quocirca i sentẽtiis poeticis q̃ xp̃ia neq; veritati cõsonę sũt cõprobẽt q min⁹ ab ethnico dictę putent. Et hęc de argumẽto hui⁹ satyrę. Ambubaiarũ collegia &c. Marcus tigellius hermogenes musicus tam prodigus: iquit: largitor fuit q̃ oẽs gulę ꝓceres ac ꝓditę libidis hoes: quales sũt tibicines: histriones: parasiti: gnatones mimi & mimę: epulones: balatrões: mẽdici: vnguẽtarij: caupones & omnes qui ad hornm pertinent collegia: mœsti ac solliciti ob eius mortem effecti sint: et non immerito (dicit hoc autem per ironiam ex affectu eiusmodi hominum) quia certe erat benignus: imo erat prodigus largitor. dans qbus non oportuit et plus q̃ decuit. Contra hic &c. e contrario dabilis est alius tantum prodigalitatẽ effugiens: vt ne prodigus censeatur nolit dare amico inopi. quo frigus aut dirã famẽ posit ꝓpellere. vide q̃ signate notat tenacitatẽ auari. Nõ ꝺt q̃ nolit dare cuicũq; petẽti: sed ne amico qcẽ. Nec cuicũq; amico: sed ne inopi qdẽ neq; dicit q̃ nolit amico inopi dare equũ aut vestẽ honestã aut alia ad honesti⁹ & cõmodius viuẽdũ vtilia: sed q̃ nolit ei dare quo possit inopẽ defẽdere vtã. & frig⁹ & famẽ nõ tenuẽ: sed dirã & execrabilẽ ꝓpellere. Si pcũcteris ãt. i. iterroges hũc. i. alterũ hoꝝ videlicet tigelliũ q̃re patrimoniũ suũ ita abliguriat & dilapidet: rñderet q̃ nolit reputari sordidus & parui animi: laudabit' aũt ab his q talẽ vitã amãt & cõsil'ia faciũt. Culpabit' ãt ab illis q aut virtutẽ mediã colũt aut i oppositũ vitiũ fugiũt. Si vero pcũcteris fusidiũ auarũ vsurariũ: q ꝓ singulis denariis ad vsurã p̃stitis quinos lucrari vult: cũ tñ sit ditissimus agroꝝ & pecuniaꝝ: si inquã q̃ras ab eo q̃re id faciat? rñdebit: q̃ timeat reputari vappa aut nebulo. i. hõ ꝓdigus atq; iers & sine idustria: nihil cõsilij aut pensi hns: nihilq; suplucrari sciens. Oñdit ãt poeta quõ fieri p̃t q̃ quas mercedes ꝓ capite hoc est ꝓ sorte seu pricipali pecunia ad vsurã p̃stita exigat: quia sectat' iuuenes pditos: q duros & rigidos pres hntes sese ad militiã cõuertũt: vñ si parẽtes diutius vixerit: ex castrẽsi peculio vsurari⁹ ille solutionẽ sibi cõpabat. Nã licet illi q in p̃ria ptãte sũt rẽ p̃nã alienare nõ p̃nt. Et quia i ea re maxia fraus ẽ: et destructio iuuenũ incautoꝝ: q̃rit auctor qs tã patiẽs eẽ posset vt nõ iuocet iouẽ in vltionẽ talis facinoris. At ille ꝓ q̃stu &c. facit hypophorã. i. obiectionẽ posset ei aliqs dicere q̃ fusidi⁹ ille dign⁹ sit q m'tũ lucret: v'l q̃ necesse hẽat m'ta lucrari ex quo graues sũpt⁹ faciat: imo ꝓ magnitudie lucri. Cõtra qđ dicit poeta. hic. i. dicis q̃ hic ꝓ q̃stu sũptũ facit. Vix iqt possis credere q̃tum ipse sit inimicus sibi: ita q̃ menedemus in tertia comœdia Terentii quæ ab eo dr̃ heautõtimorumenos. i seip̃m cruciãs: nõ maiorẽ. abstinẽtiã fecerit: neq; seip̃m graui⁹ cruciauerit eo q̃ filiũ suũ cliniã ꝓ duriciã suã coegit i malitiã abire q̃ iste seip̃m cruciat nec ꝓdig⁹ hẽat.

Ambubaię. Nũc pauca vocabl'a declarãda sũt. Ambubaię scdm acronẽ syrorũ ligua dñr mulieres tibicinę.

Alii latinũ putant & ductũ q̃ am. i. circũ baias locum amœnissimum & voluptatis plenum ver sentur. Collegium est collegarum. id est eorum qui ad idem officium missi sunt aut circa idẽ studium versantur conuenticulum.

pharmacopola. Pharmacopola grẽce: vnguenti venditor latine dicitur. Nam pharmacon significat vnguentum et pola venditorem: nam poleo est vendo. Vnde etiam bibliopola venditor est librorum. In locis autem calidis nulla voluptas sine vnguento est. Mendici hic sunt parasiti & mensarum delicatarum sectatores per assentationes suas. Mimi sunt histriones & mimę saltatrices gestu & saltatione corporis gratiã captantes: balatrones. sunt seruilio balatroni similes perditi gula. et voracitate. vt autem a balatu dicantur. non patitur versus

Tigellius Nam balare primã ꝓducit: q̃ in balatrones hic corripit'. Tigelli ꝓ apocopen ꝓ tigellii dr̃. Ná in alia satyra vocabit' tigellius nõ tigell⁹. de quo sic dicit porphirio. Marcus tigelli⁹ hermogenes musicę artis scientia preditus Caio cęsari dictatori fuit familiaris: postea cleopatrę. quia dulciter cantabat et iocabatur vrbane: Augustoiquoq; placuit vt inter familiares ac domesticos

Díues agris: díues positis in fœnore nũmis,
Quinas hic capiti mercedes exigit: atq;
Quanto perditior quisq; est tanto acri⁹ vrget
Nomina sectatur modo sũpta veste virili
Sub patribus duris tyronum: maxime qs nõ
Iuppiter exclamet: simul ac audiuit. at ille
Pro q̃stu sumptũ facit. hic? vix credere possis
Q̃ sibi nõ sit amicus: ita vt pater ille: terẽti
Fabula: quẽ miserũ nato vixisse fugato
Inducit: nõ se peius cruciauerit atq; hic.

haberẽt hęc ille. Scias aũt lector. C. litterã poni ꝑ Caio. & licet ſcribaẽ ꝑ C ꝓferẽt tñ tãq̃ eẽt per g ſcꝛiptũ Gaius. Percũtari eſt ſciendi & expiendi gratia. & vel a cũcta. i. mora deducĩt: eo ꝙ quos ꝑ cũctamur difficilia morã faciãt priuſq̃ reſpõdeãt & tũc ſcribĩt ꝑ u & c. vel dicĩt a conto. i. baculo quo nauta inqrit ꝓfunditatẽ maris: & tũc per o ſine c ſcribĩt ꝓcontor. Quinas mercedes capiti. i. ꝑ ſingulis nũmis datis quinq; exigit: bene enĩ & ꝓprie hic poſuit quinas. Nã diſtributionẽ notat. Caput aũt ſeu capitale vel ſors eſt ea pecunia quã ad vſurã dam⁹. Lucrũ aũt vocaẽ fœnus quaſi ſit fœtus pecunię: vnde ẽt fœnum dictũ eſt eo ꝙ ſit fœt⁹ terrę lucro cedens. ſine cultura ei naſcĩt. Cætera in conſtructione patebũt. Ordo igĩt eſt. Collegia. i. ſocietates & cõuenticula ambubaiarũ. i. mulierũ tibicinarũ & ſaltatricũ ac laſciuarũ: pharmacopolę. i. vnguẽtariį ſeu vnguẽti venditores a Mẽdici. i. paraſiti & hiſtriones: mimę. i. ſaltatrices & cantatrices hiſtrionicã exercentes. Sũt tñ qui legãt mimi: vt maſculinũ genus ꝓpolleat: quod ſi offendero: non deleã: nec ſi mimæ legatur refellã: quia enim rara codicibus fides: dũ ex ſua quiſq; ſentẽtia: ali⁹ corrigere ali⁹ iuertere veteres codices audet. Acro aũt mimæ legĩt: quõ ſibilus vitatur. balatrones. i. comedones & gulæ indulgẽtes. omne hoc genus laſciuo⁹ & luxurioſo⁹ hoium eſt mœſtũ ac ſollicitum morte. i. ꝓpter mortẽ tigelli. i. tigellį quippe: quia certe ipſe erat benignus vt dicebãt ipſi⁹ amatores & ſectatores: cũ pori⁹ ꝓdigus dicẽdus eẽt. Eſt aũt amara irriſio poetę nõ carẽs ſatyrico ſcomate: vult ergo dicere ꝙ Tigellius ſũmope fugiebat auarus aut ſordidus reputari. In locutõe ãt eſt zeugma a poſteriori vt noſcũt grãmatici. Cõtra. i. ecõtrario hic. i. ali⁹ metuẽs ne dicaẽ eẽ ꝓdigus: nolit dare amico inopi & egenti aliquid quo poſſit ꝓpellere. i. procul a ſe pellere frigus & dirum. i. ſęuã & ĩmanẽ famẽ. ſi tu pcuncteris. i. interroges hũc videlicet tigelliũ prodigũ cur ipe malus. i. vitioſus & perditus ſtringat. i. diminuat paulatim & cõſumat igluuie. i. voracitate gulæ ĩgrata. i. odioſa heredibus: vel ingrata: quia vnde beneficium accepit nõ refert: ſed ſibi dũtaxat viuit: ſtringat inquã ꝑclarã rẽ. i. valde amplũ & clarũ patrimoniũ aui atq; parẽtis. i. patris. i. qđ auus patri & pater ipſi filio dereliquit. ſtringat inquã patrimoniũ ſuũ: coemẽs. i. ſimul ꝙemẽs: oia obſonia. i. oẽ genus cibariorũ nũmis. i. pecuniis cõductis. i. ad vſurã acceptis ꝑ quib⁹ tãq̃ ꝑ rebus cõductis mercedẽ pendere debebat. Nã obſoniũ eſt quicquid comedi põt vltra panẽ ipſum gallice pitance. Si tu ergo percũcteris hũc ipſe reſpõdet ꝙ hoc facĩt. ꝙ. i. quia nolit: haberi. i. reputari ſordidus & paruſanimi: ipſe autem hoc reſpondens laudatur ab his. i. ab aliqb⁹ qui ſimile faciunt aut quibus hoc prodeſt: & culpatur. i. arguitur & reprobatur ab illis. i. aliįs: q aut virtutem mediam. i. liberalitatem aut vitium oppoſitum. i. auaritiã colũt. Fuſidi⁹ diues agris & dives nũmis poſitis ĩ fœnore. i. ad vſurã: timet famã. i. ĩfamiã vappę & nebulonis. i. ignaui & perditi hois: & iõ hic exigit. i. expoſtulat capiti. i. prĩcipali ſũmę expoſitę quinas mercedes. i. ꝑ ſingulis nũmis quinq; atq; vrget. i. cõpellit ſoluere tãto acri⁹. i. vehemẽti⁹ quãto quiſq; ẽ ꝓditior. i. minus accurate res ſuas agens. Sectatur enĩ. i. inſequtur & captat vt in libro ſuo ſcribat noĩa tiro nũ. i nouo⁹ militũ: & hoc dico veſte virili. i. toga quã anno. xiiį. accipiebãt & tũc ſtipendia facere poterãt: ſũpta. i. accepta ſub duris. i. ſeueris & rigidis patribus. Hoc autem vt dixi fecit ꝓpter peculium caſtrenſe: quis ſimul ac id eſt immediate poſtq̃ audiuit ꝙ fuſidius talia facit non exclamet: o maxime iuppiter: quare ſupple non percutis fulmine tam auarum & iniquum hominem? Deinde poeta ponit obiectõnem quaſi quis dicat. At pro ſed o horati. ille ſcilicet fuſidius facit ſumptum. i. expenſas pro quęſtu id eſt ſecundum magnitudinem q̃ſtus & lucri: & ita videtur illi non inuidendum ſi multa lucretur. Reſpondet poeta hic. i. dicis tu ꝙ hic videlicet fuſidi⁹ faciat ſumptum ꝑ q̃ſtu: tu vix poſſis credere q̃. i. q̃tum non amicus id eſt inimicus ſit ſibi. hoc ẽ q̃tum genium ſuum fraudet. hoc eſt alimenta naturę ſuæ debita ſubtrahat: ita. i. in tñ eſt ſibi inimicus: vt ille pater ſcilicet menedem⁹ quẽ fabula id eſt tertia comœdia Terẽti. i. terentij inducit vixiſſe miſerum: nato. i. filio videlicet clinia fugato. i. coacto ire in militiam: non cruciauerit ſe pei⁹. i. duri⁹ & accumulati⁹: atq; i. q̃ hic de quo loquor videlicet fuſidi⁹

Percũctor
Percontor
Fœnus

Sí quís nũc quęrat quo res hæc pertínet, ílluc:
Dum vítant ſtultí vítia ín contraría currunt.
Malchínus tunícis demíſſis ambulat: eſt qui
Inguen ad obſcenum ſubductis vſq; facetus.
Paſtíllos rufíllus olet: gorgonius hírcum

Sí quis nunc quærat &c. Oſtendit ad quod propoſitũ Tigelliį ꝓdigalitatem & fuſidiį auariciam deſcripſerit: vt ſcilicet oſtendat ꝙ dum vitant ſtultí vítia in contraria currũt: quod ĩ de aĩte poetica ſic dicit

In vitiũ ducit culpę fuga ſi caret arte.
Nil mediũ eſt.ſũt qui nolint tetigiſſe niſi illas
Quarũ ſubſuta talos tegat inſtita veſte.
Cõtra:alius nullã niſi olẽti in fornice ſtantem.
Quidã notus homo cũ exiret fornice:macte
Virtute eſto:inquit ſententia dia catonis.
Nã ſimul ac venas inflauit tetra libido
Huc ęquũ eſt iuuenes deſcendere: nõ alienas
Permolere vxores.nolim laudarier inquit
Sic me:mirator cũni cupẽnius albi.

Monet ergo vt ſic vitem⁹ vnum extremũ vitioſũ ne ĩ alterũ p̃cipitemur: ſed circa mediũ moremur. Malchinus tunicis demiſſis ambulat. Probat idẽ alios exẽplis. & ſecũdũ nõnullos Mecœnatẽ & Agrippã tãgit. Nã mecœnas veſtib⁹ talarib⁹ & eiſdẽ tenuiſſimis vtebat: vñ de veſtib⁹ p̃cioſis quos catullus iactauit dicit Iuuenalis ſatyra duodecima. Pręcipitare volẽs ẽt pulcherrima veſtẽ purpureã teneris quoq; Mecœnatibus aptã. Nec obſtat q̃ mecœnas ſũm⁹ amicus & fautor Horatij erat: quia ẽt amicorũ vitia moderate notabat: vnde de eo

Malchin⁹ dicit Perſi⁹. Oẽ vafer vitiũ ridendo flaccus amico. Tãgit &c. malchinus aũt vocat quia malachos mollẽ ſignificat. In acronis cõmẽtariis tamẽ ſcriptũ repperi malthin⁹: & ſimiliter ĩ porphirionis. a maltha quod malachos. i. mollis dr̃. Agrippã aũt dicũt vſũ veſtib⁹ ad nates vſq; deciſas: vñ hic facet⁹ dicit. Nã facetus is ꝓprie dr̃ q facit vrbane. aut dicit cũ geſtu nõ inuenuſto. Dici aũt ſolet de talib⁹ tunicis q̃ nihil ſit eis facetius: quia ſemp ſtant: qñ domin⁹ eas ſedet. Demiſſis. i. deos miſſis: ſubductis. i. ſurſum vel ſurſum ductis. Paſtillos a pane p diminutionẽ dictos affirmat feſtus põpeius: vt ſit panis ex aliqua admixtione ſuaui. Alii tũ volũt paſtillos hic vnguẽtũ ſignificare. Quidã notus homo &c. Si hanc ſnĩam Catonis quã poeta diuinam dicit: intelligas ſic quaſi ſine vitio aut peccato liceat accedere meretrices & proſtitutas: falſo intelligis: ſed id p̃tẽdit Cato & ẽt poeta. q̃ min⁹ malũ eſſet ad proſtitutas accedere q̃ alteri⁹ torum violare. Quod vero Cato hoc ſenſit: patet quia frequẽtanti lupanaria dixit non debere eũ illic habitare. Et poeta in textu dicit hoc faciẽdũ eẽ qñ tetra libido vrget: per hoc enĩ q̃ dicit tetrã libidinẽ ad hoc inſtigare: ſignificat non honeſtũ eſſe factũ: ſed tolerabile vitiũ: vñ lex ciuilis nõ approbat:

Fornices ſed tolerat in ciuitatibus bonis proſtibula. Nõ tñ in honeſto loco debeant cõſtituí: vnde hic dicitur deſcendere: quaſi ad locum abiectum. Nam & fornices ſunt ſpecus illi qui ſunt ſub arcub⁹ murorum ciuitatis: aut theatri aut ſub arcubus triumphalibus in quibus proſtitutæ reſidebãt & inde fornicari dictum eſt. Permolere ſubagitare: ſatyrica petulãtia dictũ eſt. Nã rẽ venereã ſignificat in qua alter alteri ſuperponit vt molę mole dũ rotatur. Laudarier pro laudari: per paragogen comicam. Mirator: laudator: & ſectator. ſic Lucanus. Miratorq; catonis id eſt imitator. Cupennius de puo porphirio ſic dicit. C. Cupennius libo Cumanus Auguſti familiaritate clarus corporis ſui diligentiſſimus: ſectator matronarum concubitus. Albi cunni miratorem videtur mihi non pro candido dixiſſe: cum vtiq; poſſint & vulgares mulieres etiam meretrices candidæ

Macte eſſe: ſed ad veſtem albam qua matronę maxime vtuntur relatum eſt. hæc ille. Macte. i. magis aucte. i. cumulate ſignificat: quo verbo in ſacrificiis auctis & accumulatis vtebãtur. & ad eos quorum virtutem augeri volebant etiam dicere conſueuerunt. Repertum eſt etiam mactus. Nã olĩ integrũ erat nũc p̃ter vocãdi caſum nullũ offenderis. Ordo eſt. Si quis q̃rat nunc quo. i. ad quod p poſitum hęc res quã de tigellio & fuſidio dixi pertinẽt: dicam ſupple q̃ pertinet illuc. i. ad illud propoſitum q̃ dum ſtulti vitant. i. effugere conantur. vitia quæ ſunt in altero extremo. i. currunt i. p̃cipites ruunt in contraria. quæ ſunt in reliquo extremo. Malchinus. i. quidam mollis & delicatus vt mecœnas ambulat. i. ocioſus incedit: tunicis demiſſis. i. deorſum ad talos vſq; miſſis. eſt alius (vt agrippa ſecũdũ quoſdã) qui exiſtens facetus vel volẽs videri facetus: ambulat tunicis ſubductis. i. ſurſum ductis vſq; ad obſcœnũ inguẽ. i. vſq; ad podicẽ. Rufillus vir ille delicatus. olet paſtillos. i ſemp odorẽ habet paſtillorũ. i. bonorũ odorũ. & gorgonius homo fœdus & ĩ cultus: olet hircũ. i. fetorẽ hircinũ: maxime ſub alis habet. Vnde nil eſt mediũ. i. nulli ſeruant mediũ: in quo tñ virtus moralis conſiſtit. Sunt nõnulli qui nolint tetigiſſe. i. polluiſſe & naturaliter cognouiſſe niſi illas: quarum talos. i. imas partes crurum: inſtita. i. tenuis faſciola: tegat. i. cooperiat: veſte ſubſuta. i. ſtola habente inſtitã ſubſutã. hoc eſt niſi matronas quæ ſtolis albis vtebantur. Contra. i. ecõtrario alius nolit tetigiſſe niſi ſtantẽ. i. proſtantẽ in fornice. i. lupanari olẽti. i. fetẽti. Quidã homo notus. i. nobilis & iuuenis tamen. cũ exiret fornice. id eſt proſtibulo. &

catone vellet fugere. sentẽtia dia. i. diuĩa catonis inq̃t macte. i. o magis aucte virtute: esto. i. ꝑmittat̃ tibi hoc facere. Nã simul ac. i. statim postq̃ tetra. i. obscœna libido. i. appetitus venereus ĩflauit. i. ĩcitauit venas ad luxuriã: æquũ. i. ꝑmissũ est vos o iuuenes descendere huc. i. ad lupanaria & nõ est ęquũ ꝑmolere. i. subagitare alienas vxores. Cupeni⁹. i. C. cupeni⁹ libo: mirator. i. laudator & sectator cũni. i. mẽbri muliebris albi. i. alba stola tecti. hoc ẽ matronalis inq̃t ego nolim me laudarier. i. laudari. sic. i. sicut laudat⁹ est iuuenis qui nõ ad matronas sed ad meretrices aacessit.

ASCEN.

Audire ẽ operę ꝑciũ procedere recte
Qui mœchos nõ vultis: vt oĩ parte laborent.
Vtq; illis multo corrupta dolore voluptas:
Atq; hęc: rara cadat dura ĩter sępe pericla
Hic se pręcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortẽ cęsus: fugiẽs hic decidit acrem
Prędonũ ĩ turbã: dedit hic ꝓ corpore nũmos
Hũc perminxerũt calones: quinetiã illud
Accidit vt quidã testes caudãq; salacẽ
Demeteret ferro: iure oẽs: galba negabat.
Tutior at quanto merx est in classe secũda?
Libertinarũ dico. salustius in quas
Non minus insanit q̃ qui mœchatur. at hic si
Qua res: qua ratio suaderet: quaq; modeste
Munifico eẽ licet: vellet bon⁹ atq; benignus
Esse: daret quãtũ satis esset: nec sibi dãno
Dedecoriq; foret: verũ hoc se amplectit̃ vno
Hoc amat & laudat: matronã nullã ego tãgo
Vt quõdã marseus amator originis ille
Qui patriũ mimę donat fundũq; larẽq;
Nil fuerit mi inquit cũ vxorib⁹ vnq̃ alienis.
Verũ cũ mimis & cũ mererricibus. vnde
Fama malũ grauius q̃ res trahit. an tibi abũde
Personã satis est: nõ illud quicquid vbiq;
Officit: euitare? bonã deperdere famam:
Rẽ pr̃is oblimare: malũ ẽ vbicũq;. qd inter
Est in matrona: ancilla pecces ve togata?

Audire est operæprecium. In hoc textu auctor tria facit. Primo dehortatur ab adulterio & matronarum concubitu ostendens eos qui matronas sectantur raro libidinem suam explere: aut voluptatem consequi: propter custodiam matronarum. & si quando intẽtum obtinuerint in maximo periculo esse: & sępe multos dolores pati. Nam alius eorum cogitur se ꝑcipitare de tecto aut ꝑ fenestram. alius flagellis ceditur quasi vsq; ad mortem. alius spoliatur ab illis qui ad hoc inuigilant. alius coactus est corpus suum & maxime virilia redimere ab auaro marito. alius stupratur: quod vitium turpitudinis & innominabile dicitur. aut vrina conspergitur Alius testiculos & caudam virilẽ amittit. Secundo ostendit amores in libertinas esse vitiosos & sæpe damnsos. & hoc exemplo salustij hystoriographi: qui cum libertinas perdite amaret & patrimonium sic consumpsisset: nec vereretur earum amores fateri ex senatu expulsus est & infamis habitus. Tertio exẽplo marsei probat meretricios amores esse causam famę bonę ac rei familiaris perdendæ. vnde concludit nõ satis esse personam certam in peccato fugere sed oportere ipsum peccatum in quacũq; persona deuitare. Illud autem quid interest in matrona &c. Acro secundum stoicorum disciplinam esse dictum docet. qui dicunt omnia vitia esse paria. Contra quos est tamen sequẽs fere satyra. vnde oportebit dicere poetam more poetico diuersas opiniones recitare. aut sensum eius fuisse ꝙ nõ refert in qua persona quis peccat: cum sine peccato esse non possit. q̃uis grauius sit in vna persona q̃ in alia. Prima dictarum partium est in principio. secunda ibi. Tutior at quanto. Tertia ibi. Vt quondam marseus. Primorum duorũ versuum duplex est sensus. Prior vt sit. o vos qui non vultis mœchos procedere recte. i. habere bonum processum & ꝓsperitatẽ opæpreciũ est. i. dignũ opera hoc est vtile & iucũdum est tanq̃ res habens in se ꝑcium & merce

Nūc itaq; & vers⁹ & cętera ludícra pono. Facit vt dixi auditorē seu lectorem poti⁹ attētū ex terū describēdarū maturitate: qa pollicet hic nihil descripturū qđ ludicrū sit aut inane: sed ea dūtaxat quę ad vitę pfectionē ptineāt. vñ qa in arte dictū est Aut pdesse volūt aut delectare poetę Aut sīl & iucūda:& idonea dicere vitę. Videt poeta in libris carminū voluisse delectare: q̄ res iuueníli ętati cōpetit: hic vero in vltima camœna: vbi se donatum rude dicit: dūtaxat pdesse pcipue bonis moribus: i satyra autē quā mediā posuit vtrūq; facere: qđ & reuera effecit. Nā et pdest & delectat plurimū. Quod ergo hic dicit versus & cętera ludicra: p quę verba etiā versus inter ludicra reponit: dicem⁹ loqui de odis seu carmínib⁹: nā et hic versu vtet: sed alterius gñis ac qualitatis: vtpote doctrinali qui semp grauis est. Ludicrū est qđ ad lusum ptinet cui⁹ ois fruct⁹ ex voluptate est. Est enī scđm vallā ars ludícra histrionica et scęnica. Ludicrū aūt substātiue sumptū nō modo ludus est histrionicus & scęnic⁹ sed qđcūq; lusoriū op⁹ ac ioculare: etiā ludi publici. Est p̄terea scđę iflexionis nō tertię vt cōtra priscianum docet lib. p̄mo dictus valla. Pono.i.depono. vt apud martialē. Grāde cothurnati pone maronis opus. Curo.s.aīo hoc est mecū tacite:& rogo.i.iterrogo ab alijs.& ita sum oīs.i.tot⁹ i hoc.i.i inquirēdo qđ verū atq; decens.i.honestū. Condo & cōpono aut i libris aut in promptuario pectoris: quę mox.i.paulo post: depromere.i.excipere in vsum vitę. Rapit tēpestas: aut metaphora ē a nauigātibus: aut id dicit se tempori accōmodaturū: nā p̄cepta moralia tpi accōmodanda sunt et loco: vsqueadeo vt quę hic & nunc decent alibi & alias dedeceāt. Quę vero sub p̄cepto diuino continent vt nunq̄ nō decere possunt ita nunq̄ non obseruāda sunt. Iurare in verba. ita enim addicti nonnulli p̄ceptorib⁹ sectę suę sūt: vt iurati videat qcqd illi dixerit se approbaturos. Hospes.i. vt hospes i nulla certa domo.i.in nullius sectę opinione permansurus nisi tantisper dū placuerit. Rigidusq; fatelles.i.constans & incorruptibilis sectator. In aristippi.s. stoici cū ipse sit epicureus & ideo furtim: quasi ad aliena inuenta accedens. Stoici autem vt Cicero in officijs docet. optime de moribus disputarunt. Res id est p̄ceptiones aut argumenta philosophica. vt in arte Rē tibi socraticę poterunt ostendere chartę. Non me rebus. hoc est ego non cogam intellectū meum se qui p̄cepta philosophorū sicut nos in fide quodāmodo cogimur credere q̄ intelligere non possumus. sed ea dūtaxat p̄cepta cōplectar q̄ mihi cōprobabunt. Vt nox lōgo. Oñdit. se magno desiderio fortiter agendi rapi vtēs exemplis eorum qui maxime desiderio trahuntur. Id quod ęque paupibus &c. Ex vtilitate ergo sibi beniuolētiā quoq; cōpat. Cętera ex ordine patebunt q talis est. Itaq; qa sic admonitus sum: ego pono.i.depono:& .i. paritī versus amatorios et lasciuiusculos et cętera ludicra.i.q̄ ad delectationē facerēt:& curo qđ verū atq; decēs sup'. est: et rogo.i.interrogo & pquiro:& sum oīs.i.totus in hoc: cōdo:& cōpono sup.ea q̄ possim depromere.i.prompte mihi sumere mox.i.paulo post. hoc est ego colligo ea p̄cepta viuēdi: qbus vbi opus erit vtar. Ac ne roges.i.interroges forte: quo duce.i.principe philosophię: & quo lare.i. cui⁹ familię sęcta: ego tuer.i.tutū faciā me: h⁹ ē cui⁹ sectę auctoritatē & doctrinā sequar ih⁹ opere nulli⁹.i.nō vlli⁹: nō addict⁹.i.more militis ascriptus aut adiudicat⁹ iurare in verba vlli⁹ magistri.i.q̄ si iuratus & sacramento astrictus sequi dogmata vni⁹ sectę: feror hospes.i.externus & nō domesticus: quocūq; tēpestas.i.īpetus volūtatis aut commoditas & opportunitas tpis rapit me. Ego fio nūc.i.aliqñ agilis.i.praxi incūbo:& mersor.i.īmersor: vndis ciuilibus.i.ijs q̄ ad ciuilē vitā ptinēt hoc est incūbo ęthicę.i.phīę morali q̄ ad praxin.i.opationē ptinet. Quasi dicat aliqñ pfundis speculationibus me totū dedo: aliqñ fio agilis.i.q̄ didici ad opationem applico.

Nunc itaq; & versus & cętera ludícra pono.
Qđ verū atq; decēs curo:& rogo:& ois ī hoc
Cōdo & cōpono q̄ mox de pmere possī. Csum
Ac ne forte roges: quo me duce q° lare tuter
Nullius addictus iurare in verba magistri:
Quo me cūq; rapit tēpestas deferor hospes
Nunc agilis fio:& mersor ciuilibus vndis
Virtutis verę custos: rigidusq; satelles.
Nūc in aristippi furtim prędcepta relabor:
Et mihi res: non me rebus submittere conor.

Ludicrum

Nō enī semp phīę speculatiuę insudādū est: vñ apud Aulū gelliū plato ad Socratē. Phīa inquit o socrates res est elegans si modice quispiā p ętatē attigerit: at si supra modū tps in ea cōtriuerit hoim ē corruptela. Nā siqs vel amœno acriq; sit ingenio vltraq; ętatē philosopheť: necessum ē eū rerū oim eē imperitū: quarū vsum calleat oportet quisqs honest⁹ pbusq; est futurus. Nō ergo soli speculationi incūbit. Propterea qa veritati pot⁹ q̄ auctoritati cōcedēdū ē: ideo subdit. Ego custos. i. obseruator verę virtutis: rigid⁹. i. seuer⁹ satelles. i. q̄si corpis defensor: ego relabor. i. p trāsitū incido nūc. i. aliq̄n in p̄cepta aristippi illi⁹ epicurei: & ego conor subiūgere (sic enī acro legit licet alij submittere legāt) mihi res. i. doctrinas philosophorū: ita vt libere de eis iudicē: & nō me reb⁹. Aut res. i. fortunę bona subiūgo mihi: nō me illis de quo acro bñ differit. sed ad ordinē

Quatenus philosophandum

Vt nox longa: quibus mentitur amica: diesq;
Longa videtur opus debentib⁹: vt piger ān⁹
Pupillis: quos dura p̄mit custodia matrum:
Sic mihi tarda fluūt ingrataq; tēpora: q̄ spem
Cōsiliūq; morantur agendi gnauiter: id quod
Aeque pauperibus ꝓdest: locupletibus æque:
Aeque neglectū pueris senibusq; nocebit.
Restat vt his ego me ipse regā: solerq; elemē-
Nō possis oculo quātū cōtēdere lynceus. Q tis
Non tamen iccirco contēnas lippus inungi.
Et quia desperes inuicti membra glyconis:
Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.
Est quodā prodire tenus si non datur vltra.
Feruet auaritia miseraq; cupidine pectus:
Sunt verba & voces qbus hūc lenire dolorē:
Possis: & magnā morbi deponere partem.
Laudis amore tumes: sunt certa piacula: q̄ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus: iracūdus: iners: vinosus: amator:
Nemo adeo ferus ē vt non mitescere possit:
Si modo culturę patientē commodet aurem.

Vt. i. quēadmodū: nox videtur longa sup. illis: qbus amica. i. cōcubina polli cita se vēturā: est mētita: hoc est q totā noctē expectauit eā: q; pet: vt sup. dies videť longa. i. nimis durare debētibus opus. i. obligatis ad aliqđ opus singulis dieb⁹ exhibēdū vt glebę addicti aut remigio: vt. i. quēadmodū annus videť piger. i. tarde ꝓcedere pupillis. i. pre orbatis: quos dura custodia mat⁹ premit quia nihil impiosius muliere: & vt dicit Iuue. Intolerabilius nihil est q̄ fœmia diues: sic tpa fluūt mihi tarda & ingrata quę tpa morant. i. ī mora⁹ tenēt spem & cōsiliū agēdi gnauit: id qđ ꝓdest ęque. id ęqualiter paupibus & locupletis. i. diuitibus & qđ neglectū nocebit ęque pueris & senibus. i. omni sexui & ętati. hoc est id qđ ad phīam ptinet. Nā oms debēt viuere honeste & pbe. seq; decenter regere si nō habeāt alios regendos. Restat. i. reliquū est qa nōdū nact⁹ sum plenā oportunitatē ex snia viuēdi eo q; nōdū collegerim normā integrā: restat vt ipe. i. ego regā me & soler me his elemētis. i. puis principijs. q. d. qa nōdum oīa possū: nō cōtinuo nil faciā sed dicā mihi o horati: si tu non possis cōtēdere oculo. i. pspicere q̄tū lynceus vir ille acerrimi & acutissimi visus: q p multa millia passuū naues ī portu vidit Sūt q putēt eūdē esse de quo Solin⁹ dicit sic. Visu plurimū potuit Strabo noīe: quē supspexisse p. xxxv. milia passuū Varro signi ficat solitūq; a charthagine exeuntē classem punicā numerūq; nauiū manifestissime e lilibitana specula notare hęc ille. Sit itaq; strabo lynce⁹ dictus q; lynceos habuerit oculos licet ergo nō possis tm̄ cōtēdere: tñ tu lipp⁹. i. debilē visum & fluētes oculos hns: nō cōtēnas idcirco iungi. i. mederi. hoc est licet nō oīa potes: nō tñ idcirco nihil facies (Et ita stoicor⁹ padoxō dānat: q dicūt oīa vitia eē pia: sapiēteśq; oīa et solos posse. Nullūq; sapiē:ē e q nō plene sapiēs sit) Et qa tu desperes mēbra glyconis: illi⁹ athlete ac luctatoris: iuicti. i. fortissimi & quasi inuincibilis: nolis. i. recuses ꝓhibere. i. arcere corp⁹. s. tuū a chiragra. i. cōtractiōe manuū nodosa. i. nodos neruor⁹ generāte. q. d. tu id stulte faceres: qa est. s. statutū aut laudabile & cōcessum ꝓdire. i. pgredi ī virtutibus: ten⁹ quodā. i. vsq; ad qddā. i. etiā modicū gradū si nō dat sup. ꝓdire vltra. i. qlibet conabit tm̄ ꝓficere q̄tū poterit. Si sup. pectus feruet. i. ęstuat auaricia & cupidine. i. cupiditate misera. i. magna: vl quę miseros facit. sunt verba. s. phīca scripta itellīgit. & voces. i. doctrinę q̄ viua voce tradunt: qb⁹ possis lenire. i. mi-

Lynceus Strabo

tigare & reprimere. hũc. ſ. mẽtis dolorẽ: & deponere magnam ptẽ morbi. i. vitij tui. Si ſup. tu tũmes. i. inflaris amore laudis: ſũt certa piacula. i. purgamia q̃ poterũt recreare te. i. facere te q̃ ſi nouũ hoiem: & hoc libello. i. modica pte phĩę: lecto ter. i. diligẽter & pure. i. attẽte ſine praua cupiditate admixta. Inuid⁹. iracũdus. iners. i. acidioſus:: vinoſus. i. guloſus: amator. i. libidinoſus (Et ita ſeptẽ pctã mortalia dãnat: pmo auaricĩã ibi: feruet auaricia. qa eã exitialiť ſemp execrat⁹ eſt vtĩ ſermonib⁹ vidim⁹. Deinde ſupbiã: ibi. Laudis amore tumes. & hic q̃q; reliqua) Nemo dictorũ pctõr;: eſt adeo. i. intm̃ ferus. i. ſcelerib⁹ effer⁹: vt nõ poſſit miteſcere: ſi mõ. i. dũmodo: cõmodet. i. p̃beat aurẽ patẽtẽ culturę. i. q̃ ſinat ſe coli electis vitijs. Vinoſus dr quo vino nimis indulget: & p hoc guloſus: amator & amica: pro luxurioſis accipiũtur: amicus aũt pro honeſto.

Vinoſus Amator Amica Amicus

Virtus ẽ vitiũ fugere. Incipit ĩſtitueť virũ bonũ & ſtudioſũ cui⁹ primũ officiũ ẽ fugere vitiũ. Vñ ſcriptũ ẽ declina a malo & fac bonũ. Eſt q̃dẽ primũ nõ qa pręcipuũ: plus enĩ eſt bonũ faceť q̃ malũ nõ facere: cũ nẽo verũ bonũ agat q̃ mala nõ deuitet. ſed qa q̃ ſtudioſus effici vult prĩo loco conari debet vt vitia ḋuitet: ſic coloni pri⁹ nociua euellũt q̃ bõa ĩſerãt agris ſuis. Stultitia. i. ſtolida aut praua opinione: q̃ oẽs peccatores ducuntur: ideo q; ſcriptũ ẽ Stultorũ infinit⁹ ẽ nũer⁹. Et q; prudẽta hui⁹ ſeculi ſtultitia ẽ apud deũ. Q ḋ auctor hic exẽplis probat: qa pauptatẽ maxĩo conatu fugiũt plurimi: q̃d non facerẽt ni ſi praua opiniõe ducanť. aut ſi ab ea curari velit p prudetiũ doctrinã. Et ita oñ dit falſã opinionẽ de auaricia: additq; de gl̃ia & ambitiõe dicẽs q; vix quiſq̃ p̃ditus virtute corpis cõtẽnat gl̃iam ob victoriã in certamine olympico p̃ter ſapiẽtẽ q; ſine puluere & ſudore palmã obtinet: nõ cupiẽdo ſed contẽnẽdo: qa neglecta ĩani gl̃ia virtutẽ obtinet q̃ pluris eſt q̃ aurũ ſicut aurũ pluris eſt q̃ argentũ. Opinio tñ praua mortaliũ effectu ipo cõtra ſentire p̃bať. qa videť plurib⁹ virtus acq̃rẽda eẽ poſt nũmos id ẽ ſtudẽdũ eẽ virtuti & honeſtati poſtq̃ diuites q̃cũq; via euaſerit credẽtes nullũ honorãdũ q; nõ ſit diues. Sed lõge aliter eẽ etiã pueri atteſtãtur: canẽtes veteri cãtico a maioríb⁹ tradito rex eris ſi recte facies. Et ita murus aheneus. i. fortiſſimũ munimẽtũ eſto. i. ſit cuilibet nil cõſcire ſibi. i. hñe nullius mali cõſciẽtiã iudice qua ſe nemo nocẽs abſoluiť. Notũ eſt ab eo q̃d ẽ ęs ęris fieri varia denoĩatiua: nã & ęre⁹ & ęneus & ahen⁹ & aheneus (vt hic) inde deducit. Sane qa ęs nõ cito corrũpiť rubigine oĩa diu durãtia ęrea vocabãt antiqui: vñ ęrea vox dicebať q̃ a vergilio ferrea. Et in p̃mo carminũ dixerat poeta noſter Illi robur & ęs triplex circa pect⁹ erat &c. Lex roſcia ẽ quã tulit Luci⁹ otho Roſci⁹: vt nemini liceret ĩ quattuordecim primis ordinibus ſeu gradib⁹ in theatro ſedere niſi q̃ habet cenſum equeſtrẽ. i. quadringẽta ſeſtertiũ in cẽſu. vñ eſt illud Iuue. ſatyra. iiij. Exeat inquit: Si pudor eſt: & de puluino ſurgat equeſtri Cui⁹ res legi nõ ſufficit: et ſedeãt hic Leonũ pueri quocũq; in fornice nati. hic plaudat nitidi p̃conis fili⁹: inter Pinnirapi; cultos iuuenes: iuuenęſq; laniſtę. Sic libitũ vano q̃ nos diſtinxit othoni. Hęc ille Qui ideo van⁹: qa ad cẽſum nõ ad virtutẽ aut parẽtũ merita reſpiciẽdũ duxit. Eſt ergo eius lex deterior q̃ nenia puerorũ decantata. ſ. ĩ funere ĩpis curiís. Fabiís & camillis: cęteriſq; marib⁹. i. virilis aĩ p̃ceribus romanis: q; neglecta re virtuti ſtudebãt: et ita puerorũ neniã dũ viuebãt approbabãt: & legẽ roſciam quę poſtea lata eſt re ipa ĩprobabãt: qa cẽſũ equeſtrẽ nõ curabant. Curius enĩ dentat⁹ q̃ de ſamnitib⁹ triũ phauit legatis ſamnitũ aurũ offerẽtibus cũ ipe ĩ foco rapas torreret: malo hęc inquit eſſe (. i. mãducare) in fictilibus meis & aurũ hñtib⁹ impare: q̃ aurũ poſſidere Furius quoq; camillus vrbis liberator dictus in exilio vitã inopẽ agere q̃ romę lautius viuere maluit. Hic aũt ponit p egregio virtutis amatore. Is ne tibi meli⁹ ſuadet. Suadem⁹ inquit Acro etiã mala: hortamur ad bona. ſcdm quẽ põit puppi pro puppij. Nã puppius inquit tragediographus ita affectus ſpectatiũ mouit vt eos cõpelleret inde iſtũ verſũ fecit. Flebũt amici &. bene noti morte mea Nã puppi⁹ in me viuo lachrimat⁹ eſt. Aliís videť puppi eẽ appelatiuũ vt ĩ cõſtructiõe patebit q̃ talis eſt.

Virtus eſt vitium fugere: & ſapientia prima
Stultitia caruiſſe: vides: quę maxima credis
Eſſe mala: exiguũ cenſum turpẽq; repulſam
Quanto deuites animi capitiſq; labore.
Impiger extremos curris mercator ad indos
Per mare pauperiẽ fugiẽs per ſaxa per ignes
Ne cures ea: quę ſtulte miraris: & optas
Diſcere: & audire: & meliori credere non vis.
Quis circũ pagos: & circũ compita pugnax
Magna coronari contẽnat olympia: cui ſpes
Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palma.

M. Curius dentatus

Puppius

Virtus est fugere vitiū: & prima. i. pmū expetēda sapiētia ē caruisse stultitia: sed stultitia magna est diligētius externa bona q̄ interna quirere & mala vitare. vñ dicit. Tu vides. i. qlibet videt. Nō enī hic mecœnatē docet: nec hāc epl'am sic ad mecœnatē scripsit: vt cęteras ad cęteros: qa p hāc dedicat ac nūcupat hᵒ opᵍ epl'aꝫ mecœnatj: nō quē doceat: sed ī cuiᵍ grām scripserit. Tu ergo vides dicit ad quēlibet loquēdo: q̄to labore animi & capitis: tu deuites ea q̄ credis ē maxima mala. s. exiguū. i. modicū cēsum. i. thesaurū aut rerū possessionē: & repulsam turpem quā patiť q̄ honores nō exaudit ᵍ petit. Tu mercator curris impiger. i. celer ad extremos indos: fugiēs paupriē. i. pauptatē: p mare. p saxa. p ignes. & tñ tu nō vis credere meliori & audire & discere ne. i. vt ñ cures. i. vt nihil facias ea q̄ tu miraris & optas stulte. q. d. lōge maiori diligētia q̄ris curas q̄ deuites: & hoc qa stultitia nō cares deprauatᵍ vitio cupiditatis. Q d cōsiľi pbat q̄rēs. Quis pugnax. id ē assidue pugnās aut naturaľr inclinatᵍ ad pugnādū circū pagos & cōpita. i. ī oibᵍ conuēticulis hoīm: cōtēnat coronari sup. p magna olympia: aut appositorie cōtēnat coronari quę sūt magna olympia. Rñsio. Is sup. phūs cui sit spes: & cui cōditio palmę. i. victorię: sit dulcis: sine pulue re hᵒ ē phūs cui pfuasum ē nō minᵍ gl'iosū esse ī pace sine puluere palmā cōtra vitia & ignorātiā ac quirere q̄ coronā olympicā: facile cōtēnet olympica certamina: vtpote nō praue affectᵍ. Sic ego aliį aliter exponūt. Cōpita sunt q̄ compętunť. i. a multis simul petuntur loca. Compita

Vilius argentū est auro: virtutibus aurum.
O ciues ciues quęrenda pecunia primum est
Virtᵍ post nūmos. hęc ianus summᵍ ab imo
Perdocet. hęc recinūt iuuenes dictata senesq̄
Leuo suspensi loculos tabulamq̄ lacerto.
Si quadringentis sex septem milia desunt
Est animus tibi. sunt mores: & lingua: fidesq̄.
Plebs eris. at pueri ludentes rex eris aiunt:
Si recte facies. hic murus aheneus esto
Nil conscire sibi: nulla pallescere culpa.
Roscia dic sodes melior lex: an puerorum
Nenia: quę regnū recte facientibus offert:
Et maribus curiis & decantata camillis?
Is ne tibi melius suadet. qui rem facias rem
Si possis recte: si non: quocūq̄ modo rem.
Vt propiᵍ spectes lachrymosa poemata pup
An qui fortunę te respōsare superbę: Cpi:
Liberum & erectum pręsens hortať: & optať

Vilius argētū est auro. Docet stultos et praue affectos eē plurimos: vt q rem minoris ęstimādā pluris faciūt: qa pecunia minoris est q̄ virtus ea tñ plus amať a multis. Ordo est. Argētū est vilᵍ auro: et aurū ē vilᵍ virtutibᵍ: & tñ sup. o ciues ciues pecunia est q̄rēda primū: et virtus est q̄rēda post nūmos. Ianus summus ab imo pdocet hęc. i. quicūq̄ versanť inter summū ianū & imū pdocēt hęc. Erāt enī tres statuę Iani ad quarum mediā vt ī sermonibᵍ dictū est maxima fiebāt cōmercia negociatoꝝ: qc quid ergo ī eo vico versať nō aliud clamat q̄ q̄ rēda pecunia primū est. Iuuenes & senes suspēsi loculos & tabulā id est hñtes loculos. i. sacculos denariorū pectiliū & tabulā suspēsam leuo lacerto. i. brachio: recinūt. i. cātādo mēorię cōmēdāt: hęc dictata. i. hęc p̄cepta a talibᵍ mg̃ris tradita. Nā si sex sup. aut septē milia desunt quadringētis. i. censui equestri: q̄ q̄ sup. animus ē tibi sup. fortis: mores sunt tibi sup. pbati: & lingua sup. diserta est tibi: & fides. i. fidelitas est tibi: tñ sup. tu eris. i. reputaberis plebs. i. plebeᵍ & vilis. At. i. sed pueri ludētes: dū cātica a maioribᵍ suis tradita discūt: aiūt tu eris rex: si facias recte. Vbi laudādū est institutū priscorū qui talį snīa aīos suoꝝ ibuerūt vt ī virtute principatū collocēt. Hic. i. hmōi murᵍ ē aheneᵍ. i. fortissimᵍ q̄ si ex ęre factus. s. nil cōscire. i. nulliᵍ mali cōsciū eē sibi: & nulla. i. nō vlla: nō pallescere. id ē pallidū fieri vlla culpa. Sodes blādiētis est. q. d. Si audes & cōmodū vī: dic an lex roscia. i. quā roscius otho tulit: videlicet: neqs nō hñs cēsum equestrē sedeat ī quartuordecim primis gradibᵍ theatri: q̄ coegit multos vsurā exercere quo diuites fierēt: est melior. i. iustior & cōmodior: an nenia. i. vulgaris cātilena puerorū (Est enī nenia cātilena illa quā pręfica. i. mulier ad hoc cęteris p̄fecta canit dū cadauer sepeliēdū custodit: in q̄ cōmēorat laudes & virtutes defūcti cū heiulatu & ploratu magno) q̄. s. nenia offert regnū faciētibus recte exñs decantata: &. i. pariter curiis et. i. pariter camillis: maribus. i. fortibᵍ & cōtinētibᵍ viris: qbus pfuasū erat regnū eē recte facere Nenia

& paucis cõtentũ esse: & ita ipsis defũctis talis nenia poterat decãtari: qualẽ postea pueri a maioribus cãtare didicerũt vt ad virtutẽ cohortarentur. Curi⁹ & camill⁹ laudatissimi apd romanos fuerũt: vt liui⁹: valeri⁹: plinius: aliiq; pdicãt. Ne p an aut nũquid is suadet meli⁹: q suadet vt sup. facias rẽ. i. diuitias si nõ recte quocũq; mõ possis: facias inquã rẽ: vt spectes ppius. i. cõiuncti⁹ puppi. i. altiori pti nauis vbi patrõi & gubernatores sedent. i. vt dñs nauis spectes poemata lachrymosa. i. picula maris ingruẽte tẽpestate: qualia poetę in poematis suis ad lachrymas excitãdas recitãt: hoc est sic lucro intẽtus sis vt pxie ad puppim sedẽs spectes siccis oculis lachrymosa poemata. i. materiã poematũ lachrymosorũ. Aut sequẽtes Acronẽ dicam⁹: sic facias rẽ vt spectes propius. id ẽ ex pximo lachrymosa poemata puppi. illi⁹ poetę tam amati vt ipsius poemata lachrymas excitarẽt: hoc est vt prę desiderio rerum lachrymes. an sup. is meli⁹ suadet q pñs. i. assistẽs & amicus hortaf & optat: te liberũ cupiditate & erectũ rebus terrenis: respõsare. i. frequẽter obstare & cõtumacit obuiare fortunę supbę: q. d. is posterior multo melius hortatur.

Q; si me po. fortunę respõsare & sua sorte cõtẽtũ esse multo pstare pbat exẽplo a se sumpto. Nã cũ possit iuxta stre pitũ fortunę versari in iudicijs & collegio iudicũ: & illic gl'iam mereri: maluit in ocio tuto dilitescere. Ordo ẽ. q; si populus romanus roget. i. interroget forte me: cur non fruar sic ijsdẽ iudicijs vt fruor ijsdẽ porticibus. i. q̃re cũ sim de collegio iudicũ & versor cum eis in porticibus deambulãdo vbi nõ agit res piculosa: nõ verser etiã cum eis in iudicijs vbi gl'iam merer possem. Nec p & non et cur nõ sequar ea q̃ ipe ppl's diligit: & cur nõ fugiã ea q̃ ipe odit? ego referã. i. rñdeã id qd vulpes cauta rñdit oli leoni ęgroto: itrogãti ei leõi (vt ęsop⁹ narrat) cur nõ igrederet regiã suã rñdit vulpes: qa vestigia terrẽt me: vestigia dicit spectãtia oia aduersũ. i. te versus h° est ad introitũ: & nulla spectãtia retrorsum. i. ad egressum: hoc est q̃ oia sunt ingrediẽtiũ: p qd ãnotauit vulpecula: q; leo oẽs visitãtes se deuoraret: sicut administratio reipus & vt dicũt curia pncipũ: paucos incolumes emittit: qa q reip. bñ facit: nulli facit: & q offendit oẽs offẽdit: vñ dicit hora. ad ppl'm. Tu es belua ml'torũ capitũ: & ita difficile est ppl'o placere: qa qd vni placet alteri displicet: nam qd sequar aut quẽ. q. d. nescia: vnde recitat varia studia ppl'i dicẽs. Pars hominũ gestit. i. nimis cupit cõducere publica. i. ad rempu. spectantia: sunt q venẽtur. i. captẽt viduas auaras frustis et pomis. i. dilicatis cibis decoctis & p frusta missis: & q excipiãt. i. irretiant senes: quos mittant in viuaria. i. in repositoria diuitiarum suarũ sicut pisces q captis assimulanf custodiũtur in viuarijs. Res crescit multis occulto fœnore: verũ. id est sed esto alios teneri aliis studijs. id est cõcedamus quoslibet suo studio teneri: & i eo versari: putes ne sup. q; ijdẽ pñt durare horã. i. p tps vni⁹ horę: pbãtes eadẽ quę pri⁹ laudauerũt? q. d. minime. Si diues dicit. Null⁹ fin⁹. i. nullus angul⁹: nullũ receptaculũ prelucet. i. amœnior & dulcior est i orbe. i. toto mũdo baijs amœnis de qb⁹ Iuue. Ianua baiarũ est & gratũ litt⁹ amœni secessus &c. Est enĩ regio italię iuxta lucrinũ lacũ amœ

Q; si me populus romanus forte roget: cur
Non vt porticibus sic iudiciisfruar iisdem
Nec sequar: & fugiã: quę diligit ipse: vel odit:
Olim quod vulpes ęgroto cauta leoni
Respondit: referã: quia me vestigia terrent
Omnia te aduersum spectãtia: nulla retrorsũ.
Belua multorũ capitũ es. nã qd sequar? ãt quẽ?
Pars hoim gestit conducere publica. sunt qui
Frustis & pomis viduas venentur auaras:
Excipiantq; senes: quos in viuaria mittant:
Multis occulto crescit res fœnore. verum
Esto aliis alios rebus studiisq; teneri.
Iidem eadẽ possunt horã? durare probantes?
Nullus in orbe sinus baiis prelucet amœnis
Si dixit diues: lacus & mare sentit amorem
Festinantis heri, cui si vicinosa libido
Fecerit auspicium: cras ferramenta theanum
Tolletis fabri. lectus genialis in aula est:
Nil ait esse prius: melius nil cęlibe vita.
Si non est: iurat bene solis esse maritis.
Quo teneam vultus mutantẽ prothea nodo?

nissima: lac⁹.s.lucrin⁹:& mare qđ vicinũ est: sentit amorẽ heri.i.dñi festinãtis.i. ꝓperãtis illuc: cui sup.hero si libido vitiosa.i.cõcupiscẽtia leuis & icõstãs fecerit auspiciũ.i.indicauerit mutãdas eẽ sedes(quasi auspicio.i.ex auiũ inspectione:sine q̃ nihil magni incoabãt veteres romani vñ auspicari pro rite incipe accipit̃:& auspicũ pro icepto) fecerit ergo auspiciũ.i.idiciũ migrãdi de baijs:vos fabri tolletis cras.id ẽ postridie q̃ baias aduenerit:ferramẽta.i.instrumẽta ferrea quibus ꝑtoria ac domũ cõstruatis theanũ in illud oppidũ nõ ꝓcul a sora & nola. Si sup.alicui lectus genialis.i.matrimonialis in quo liberis generãdis opam det:est ĩ aula.i.domo sua:q̃si in regia:ipe ait nil esse prius & nil esse melius vita cęlibe.i.priuata mr̃imonio:h⁹ est secubitu:si sup. lectus genialis nõ est:ipe iurat solis maritis esse bene.Quo nodo.i.vinculo teneã ꝓthea.i.hoĩem tam mutabilẽ aĩo sicut ꝓthea dicũt mutabilẽ corpe fuisse:mutantẽ vultus.i.speciẽ faciei q̃ volũtas indicat̃:vt iã hoc velle iã nolle videat̃.de ꝓtheo ad finẽ quarti georgi.cõstat.quõ sese captũ in varias figuras vertat:est aũt deus marinus pecoris neptuni custos : vaticinio pręditus.

Auspicor
Auspiciũ

Quid pauper? ride:mutat cęnacula:lectos:
Balnea:tonsores:conducto nauigio ęque
Nauseat:ac locuples:quẽ ducit priua triremis
Si curtatus inęquali tonsore capillos
Occurri:rides:si forte subucula pexę
Trita subest tunicę:vel si toga dissidet impar:
Rides:quid mea cum pugnet sententia secũ:
Quod petiit:spernit:repetit qđ nuper omisit.
Aestuat:& vitę disconuenit ordine toto.
Diruit:ędificat:mutat quadrata rotundis.
Insanire putas solẽnia me:neq; rides.
Nec medici credis:nec curatoris egere
A prętore dati:rerum tutela mearum
Cũ sis:& praue sectũ stomacheris ob vnguẽ
De te pendentis te respicientis amici?
Ad summã sapiens vno minor est ioue:diues
Liber:honoratus:pulcher. rex deniq; regum:
Pręcipue sanus:nisi cum pituita molesta est.

Quid paup &c.Quia dictũ ẽ de dĩtibus ꝙ istabiles ac inconstãtes sint:quęri posset de paupe.vñ q̃rit poeta aut popul⁹ a poeta.Quid pauper: sup. facit. Rñ.ride.q.d.nõ min⁹ ridicula q̃ diues: mutat cænacula.i.mãsiones suas quas ĩ sũmitate dom⁹ sub tecto cõduxit:mutat lectos cõductitios.s.balnea tõsores sup.mutat:& nauseat.i.stomachatur& impios⁹ẽ:ęque.i. ęq̃liter: nauigio quo migret.s.cõducto : ac locuples quẽ triremis.i.nauis ternis remoꝝ ordinibus ĩpellenda priua.i.ꝓpria ipsi⁹:ducit/Si curtat⁹ &c.Docet vitia ꝓpria & animi dãnabiliora eẽ q̃ aliena ãt corpis.cũ tñ cõtra fiat/Ordo est.si ego occurri tibi curtat⁹ capillos.i. hñs capillos curtatos(alij curatus legunt)sup. a tonsore ĩęquali.i.inęqualit̃ tondẽte:vt opanti det qđ opis est.aut ĩęquali.i.ĩęqualib⁹ crurib⁹ vt ob vitiũ corpis ĩęqualit̃ tondeat.tu rides:& si subucula trita: pãn⁹ attrit⁹(vulgo foderaturã aut duplicaturã appellãt:aut poti⁹ ẽ vestis iterior vñ Varro Postq̃ binas tunicas hẽre cœperũt ĩstituer̃t vocare subuculã & ĩclusiã) subẽ tunicę pexę.i.rasę aut tritę vl̃ vt acro dicit ad talos demissę sicut capilli pexi demissi sunt vl̃ si toga dissidet.i. corpi adheret:ĩpar.i.ĩęqualib⁹ portionibus tu rides? qd.i.adquid aut cur:cũ.i.qñ mea snĩa.i.iudiciũ volũtatis pugnat secũ & spnit qđ petijt:& repetit qđ omisit nuper.i.paulo añ:& cũ ęstuat.i.ardet cupiditate.& disconuenit.i. dispar est toto ordine vitę.i.quicqd facit ĩ tota vita:diruit.i.destruit ędificia:ædificat mutat q̃drata.i.ea q̃ prius voluit habere quadrata:rotundis.i.vult ea rotũda:qd inquã putas me insanire solẽnia.i.solẽniter quasi ꝑcitũ furore sacro aut bachi aut cereris:& neq; rides nec credis me egere medici q curet me ab insania:nec curatoris dati a ꝑtore vt solet furiosis dari: cum tu sis tutela mearũ rerũ:hoc est cũ ad te tanq̃ ad amicũ ꝑtineat tutela:mearũ rerũ? & hoc est nihilo min⁹ tñ: tu stomacharis.i.indignaris ob vnguẽ sectũ.i.putatũ male vnguẽ dico amici pendẽtis de te: & respiciẽtis te.i.qui totã spem in te collocauit. Ad summã.i.vt semel dicã qd inter stultũ & sapiẽtẽ sit:sapiẽs est minor ioue.i.deo:vno.i.in vna re:qa.s.mortalis est:& ęgritudinib⁹ subiectus.Est enĩ liber. honorat⁹:pulcher & deniq; rex regũ:& san⁹ ꝑcipue:qa aĩo & corpe nisi cũ pituita.i.nociuus humor furorẽ excitãs est molesta. In hoc stoicos ridet qui sapiẽtẽ dicebãt nõ dolere.

Protheus

Subucula
Inclusia

Argumētum ascensianum Secūdę epl'ę libri primi.

Teq; secūda monens lolli commendat homerū:

Ordo est. O lolli: scđa sup epl'a monēs .i. cohortās ad virtutē te: cōmēdat .i. laudat homerū: qui historiā cōtexēs ꝓposuit nobis exempla bene viuendi: vt in textu patebit.

Troiani belli scriptorē. Probe et decēter cōmemorat vtilitatē quā legēdis bonis authorib⁹ quilibet assequi pōt: & potissimū legendo homero quē ingeniorū fontē plini⁹ nō ī merito p̄dicat quippe ī quo est toti⁹ poeticę imaginē cōspicere etiā donato sup Terētiū statim in principio censore. Dicit igitur se lecto poemate homeri manifestius didicisse & qd fugiendū & quid sequēdū q̄ si aut chrisippū aut crātora sūmos stoicę disciplinę ꝓfessores legisset. In iliade enī notant̄ ꝓceꝝ & p̄ncipū nō sine plebeorum clade vitia. In odyssea sapientis viri instituta Qui sua prudētia circen solis filiā & eius amatoria pocula supauit quū ad eā in circeis iuxta italiā degētē appulsus esset: vt ex ordine patebit qui talis est. O lolli maxime. s. aīcorū aut sic cognoīate: vt valerius maximus: ego relegi. i. iterū legi: pręneste. i. in ciuitate p̄nestina. scriptorem troiani belli. i. homeꝝ: interea sup. dum tu declamas. i. rhetoricā exerces romę. Sup. ip̄e homerus scriptor troiani belli dicit planius ac melius: chrisippo et crātore. i. philosophis ill' stoicis: qd sit pulchrū. i. honestū: quid turpe. i. inhonestū: qd vtile & qd nō. i. īutile. Audi nisi qd. i. aliqd detinet te. i. nisi alio occupat⁹ sis: cur ego crediderim ita. Fabula. i fubulosa narratio: qua. i. ī qua gręcia narratur collisa lento duello id ē pugna decēnali: barbarię. i. phrygum quos gręci barbaros vocant (et ita erit gtī cas⁹) aut collisa barbarię. i. a barbaria. in datiuo. ꝓpter amorem paridis. s. alexandri filij priami qui helenam vxorem menelai rapuit. cōtinet ęstus id est furores & iras regū stultorum & ppl'orum stultorū Anthenor: vnus ex principibus troianis: censet. i. iudicat p̄cidere sup. debere cām belli. hoc ē restituēdā esse helenā. Quid paris sup. censet? vt ip̄e sol⁹ regnet & viuat btūs: scđm iudiciū ei⁹ deprauatū: negat sup. se posse cogi ad restituēdā helenā. nestor rex pilij sapiētissim⁹ q tertiā ętatē attigerat: festinat componere. id ē finire per pacem

Epistola Secunda ad maximum Lollium.

Troiani belli scriptorē maxime lolli
Dū tu declamas romę: p̄neste relegi
Quicqd sit pulchrū. qd turpe. qd vtile
Plani⁹ ac meli⁹ chrysippo & crātore dic̄ (qd ñ
Cur ita crediderim. nisi quid te detinet: audi.
Fabula: qua paridis propter narratur amorē
Gręcia barbarię lento collisa duello.
Stultorum. regū & populorum cōtinet ęstus:
Anthenor censet belli pręcidere causam
Quid paris? vt solus regnet viuatq; beatus
Cogi posse negat. nestor componere lites
Inter pelliden festinat & inter atriden.
Hūc amor: ira quidē cōmuniter vrit vtrūq;.
Quicquid delirant reges. plectuntur achiui.
Seditione. dolis. scelere. atq; libidine: & ira.
Iliacos intra muros peccatur & extra:
Rursus quid virtus & quid sapientia possit
Vtile proposuit nobis exemplar vlyxem:
Qui domitor troię multorum prouidus vrbes
Et mores hominū inspexit. latumq; per ęquor
Dum sibi dū sociis reditū parat: aspera mlta
Pertulit aduersis rerum īmersabilis vndis.
Sirenum voces & circes pocula nosti:
Quę si cū sociis stultus cupidusq; bibisset:
Sub domia meretrice fuisset turpis & excors.
Vixisset canis īmundus: vel amica luto sus.
Nos numerus sum⁹ & fruges cōsumere nati:
Sponsi penelopes: ne buloni: alchinoiq;

In cute curanda plus ęquo operata iuuentus.
Cui pulchrū fuit in medios dormire dies:&
Ad strepitū cytharę cessātum ducere curām.
Vt iugulent homines:surgūt de nocte latrōes
Vt teipsum serues nō expergīsceris?atqui
Si nolis sanus cures hydropicus.& ni
Posces ante diem librum cum lumine.si non
Intendes animum studiis & rebus honestis:
Inuidia vel amore vigil torquebere.nam cur
Quę lędunt oculos festinas demere.si quod
Est animū differs curandi tēpus in annum?
Dimidium facti qui cepit:habet:sapere aude:
Incipe:viuendi qui recte prorogat annum
Rusticus expectat dum defluat amnis.at ille
Labitur.& labetur in ōne volubilis ęuum.

lites iter pelliden.i. pellei filiū achillē: & ier atridē.s.agamēnonē.amor .s. brī seidis ablatę ab agamēnone chrise ida restituere coacto: vrit.i. incēdit:hūc.s. achillē: & ira vtrūq; cōiter. Quicqd reges.s.achilles & agmēnon: delirāt.i. p furorē cōmittūt: achiui.i. græci populares:plectūt.i.luūt:puniūtur. Peccāt .i. peccatū cōmittit ītra & extra muros iliacos:seditione.i.p seditionē: dolis: scelere: atq; libidīe.& ira.i.p variavitia Rursus.i.ecōtrario. homer⁹ proposuit nobis vlyxē(appositorie)vtile exēplū sup.sciēdi.qd virt⁹ & qd sapiētia possit.Qui.s.vlyxes:existēs domitor troię:inspexit puidus vrbes & mores multorū hoīm hoc enīī principio odysseę attestat homer⁹:q; p &:qui ptulit.i.sustinuit ad finē vsq;: mlta aspa p ęquor latū.i.mare magnū: dū parat sibi.&dū parat sociis reditū.exīs imersabilis adversis vndis rerū:vel aduers⁹.i. oppositⁿ vndis reg. Sed prior ē melior lectio ne duo sit epitheta sine cōiūctione media. Tu o lolli nosti voces.i. cātilenas Sirenes syrenū(q̄ tres sorores dulcedie cāt⁹ ptrāseūtes sopitos submergebāt:qđ a cyrce doct⁹ vlyxes socioru aures cęra obstruxit:& se ad malū alligari fecit. Carmē traductū videbis apd Iuue.& tu nosti pocula circes:qb⁹ hoīes ī varias feras vertebat.q̄ sup.pocla circes:si vlysses bibisset cū sociis exīs stult⁹ & cupidus:fuisset turpis & excors sub dña meretrice. s.circe.& ipe vixisset vt alīs: canis īmūd⁹.i.luxuriosus: vel sus amica luto.i.gaudēs volutabro luti.Nos.s.q nihil opamur nec expimur.sumus nūer⁹.i.ad nūerū hoīm ptinētes nō ad robur aut virtutē sicut thersites apud homerū auxit:sed nō meliorē fecit nūerū greco⁹:& nos sum⁹ nati cōsumere fruges q̄si ad nihil alid vtiles q̄ ad gulā:exītes spōsi.i.q̄les erāt sponsi.i.q cupiebāt eē spōsi:h^a est pci penelopes: vxoris vlyxis:de qb⁹ i pa dicit in.j. epla heroidū Turba ruūt īme luxuriosa proci.nos sum⁹ nebulones.i.vani & fœdi vt nebula:& sum⁹ iuuēt⁹.i.multitudo iuuenū alchinoi regis q vlyxē hospitio suscepat.hoc ē nos sum⁹ tales q̄lis fuit iuuēt⁹ alcinoi:opata.i.exercita pl⁹ ęquo.i.q̄ ęquū ē ī curāda cute.i.ī molli vita. Cui.s.iuuētuti fuit.i.visū ē eē:pulchrū dormire:ī.i. vsq; ad:medios dies:& ducere curā cessa .t̄.i.vbi cesset vel ad cessādū (legit ei porphirio cessatū nō cessādū) ad strepitū cytharę:dulci ei susurro ac strepitu cytharę puocabāt somnū. Latrōes surgūt de nocte sup.media:vt iugulēt.i.interficiāt hoīes:nō expgīsceris tu vt serues teīp̄m?& h^o interrogatīe. vel sic.& tñ sup.tu nō expgīsceris.i. excitaris de sōno vt serues teīp̄m sup.a vitiis. Atq.i.sed certe si tu nolis curare sup.salutē tuā san⁹.i.q̄diu san⁹ es: tu cures hydropic⁹.i.hydropisi tact⁹?: & h^o tardū eritqa difficilis ē curatu morb⁹ ille & ni.i.nisi posces librū cū lumīe añ diē:si nō intendis anīm studiis & reb⁹ honestis:tu vigil torq̄bere iuidia vel amore.i.aliqua affectiōe praua. Sēs⁹ est hoīem subiectū eē curis aut rerū hōestaq; aut aliarū.& ido meli⁹ eē vt honestis īsudem⁹: nā si nō surrexeri⁹ postq̄ dormiuim⁹ qđ nature satis ē:inuadēt nos ī lecto iacētes cure: aut iuidię āt amorū.Nā cur festinas tu demere.i.amouer ea q̄ lędūt oculos:si tu differs ī ānū.tps curādi sup.illius aut illd.qđ ē.i.cōsumit & corrodit anīm?quasi dicat pri⁹ animo q̄ oculis succurrendū eē. Aude sapere.& īcipe.qa qui bñ cepit habet dimidiū facti(Pricipiū ei vni⁹cuiusq; rei potissīa pars est vt etiā ī pricipio digestorū de origie iuris dicit)Rustic⁹.i.stult⁹ & ignat⁹:q prorogat.i. extēdit ānū recte viuēdi.expectat sup.eū dū.i.q̄diu amnis.i.fluui⁹ pēnis ac iugis defluat. At.i.sed ille .s. amnis iugis labit exīs volubilis & labet ī ōne ęuū(Acro pri⁹ legit horā nō ānū)Rustic⁹ trās amnē agrū hūit.quē colet distulit donec arefactū amnē videat.sed id nūq̄ cōtigit & ideo nūq̄ coluit.ē ergo rusticus q incipe nō audet.sicut q crastinū expectat.vñ psius. Iā cras hesternū cōsūpsim⁹ ecce alid cras q ei hodie nō laborat nūq̄ laborat q enī nū c crastin⁹ ē cras hodiern⁹ erit.

Alchinous re

Quęrit &c. Iterũ monet virtutẽ sũmo pere quęrẽdã eẽ: reiecta supfluarũ rerum cura. Ordo est. Argentũ. i. pecunia q̃rit nobis. s. & vxor beata. i. diues & opportuna creãdis pueris. i. liberis. q̃rit: & silue incultę pacant. i. domantur (nisi dicamus p fantasiã poetã dicere siluas pacari facile: dũ nõ vltra q̃ satis est eruim⁹ eas) vomere. i. aratro: hoc ẽ facimus: no ualia: sed cui cõtigit qđ satis ẽ nil optet ampli⁹. Nã domus nõ deduxit ęgroto corpe dñi febres & nõ deduxit ęgroto aĩo dñi curas: fũd⁹, ñ deduxit &c. aceru⁹ id ẽ cumulus ęris & auri nõ deduxit febres &c. oportet vt sup. possessor etiam minimę rei qui cogitat bene vti reb⁹ cõportatis. i. cõgestis & accumulatis: valeat. i. fit valid⁹ & sanus. Et est duplex sẽsus. vel q̃ nemo poterit vti recte: rebus suis nisi valeat. i. san⁹ sit aĩo: & hic coheret sequẽtib⁹: vel q̃ nemo vtẽs reb⁹ suis recte: nõ valeat. Nemo ergo bñ vtit rebus suis nisi valeat. i. animũ validũ habeat. Nã dom⁹ aut res iuuat. i. delectat: illũ q cupit sup. p'a hĩe: aut metuit quę habet pdere: vt tabulę pictę iuuãt sup. lyppũ: & vt fomẽta. i. medicamenta iuuant podagram. i. ęgros pedes hñtẽ. & vt sup. cytharę iuuãt auriculas dolẽtes sorde collecta. i. cõglutinata ĩ eis: ita q̃ surdaster sit. i. q parũ audit. Nã nisi vas sit sincerũ. i. incorruptũ alieno liquore quicqd ĩfundis acescit. i. fit acetosum. Spne voluptates: qa voluptas empta dolore nocet. hoc est qa voluptas & illecebra carnis semp dolorẽ parit: nec ẽ repletio cũ voluptate quã nõ sequatur exinanitio cũ dolore. Auarus eget semper. pete voto. i. desiderio toto: certũ fiñ sup. hñdi. Inuid⁹ macrescit. i. fit macer rebus opimis. i. pinguib⁹ alterius. Et est antithetũ macrescit opimis: quia opimũ & macrum opponunt. vñ nõ leges marcescit. Tyrãni siculi. s. phalaris agrigẽtin⁹: cui bos ęne⁹ ad torquẽdũ factus est: & dionysi⁹ syracusanus: nõ inuenere. i. inuenerũt graui⁹ tormẽtũ inuidia: qa ĩuid⁹ cõsumit seĩpm. Ad quẽ locũ alludit psius dicẽs saty. iij. Anne magis siculi gemuerunt ęra iuuẽci. Is qui nõ moderabit. i. modũ faciet irę (non enim penitus extirpari potest ĩ viro forti. vnde in primo sermonũ. Deniq̃ quatinus excidi penitus vitium irę. Cętera item nequeunt stultis herentia. Nec est peccatum ex toto gñe. vñ scriptũ est. Irascimini & nolite peccare) volet esse in fectũ. i. volet q̃ id nõ sit factũ: qđ dolor aũt mẽs sup. furiosa suaserit dũ. i. quando ĩpa mens festinat pœnas p vim. i. violẽtiã: odio inulto. i. q̃diu odiũ inultũ est. Ira est furor breuis. i. cõmotio subita: est enĩ subita accẽsio sanguinis circa cor. rege animũ tuum: qui nisi paret. i. obe

Quęritur argentũ puerisq̃ beata creandis
Vxor. & incultę pacantur vomere siluę.
Qđ satis ẽ cui contingit: nihil ãplius optet.
Non domus: & fundus. nõ ęris aceru⁹ & auri
Aegroto domini deduxit corpore febres:
Non animo curas: valeat possessor oportet
Si comportatis rebus bene cogitat vti.
Qui cupit ãt metuit, iuuat illũ sic dom⁹ ãt res
Vt lippum pictę tabulę, fomenta podagram
Auriculas cytharę collecta sorde dolentes.
Sincerũ est nisi vas quodcũq̃ infundis acescit.
Sperne voluptates: nocet ẽpta dolore voluptas
Sẽper auar⁹ eget. certũ voto pete finẽ.
Inuidus alterius macrescit rebus opimis:
Inuidia siculi non inuenere tyranni
Maius tormentũ. q non moderabitur irę
Infectũ volet esse: dolor quod suaserit & mẽs:
Dũ pœnas odio per vim festinat inulto.
Ira furor breuis ẽ. animũ rege: qui nisi paret:
Imperat: hunc frenis, hũc tu cõpesce cathena.
Fingit equũ tenera docilẽ ceruice magister
Ire viã quã monstrat eques. venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula:
Militat in siluis catulus, nunc adbibe puro
Pectore verba puer: nũc te melioribus offer.
Quo semel ẽ imbuta recens seruabit odorem
Testa diu. q̃ si cessas aut strennuus anteis
Nec tardũ opperior: nec pręcedentibus insto:

dit:impat.i.dñat.cōpesce tu hūc frenis:cōpesce tu hūc cathena.Magister .i.dñator equorū:fin-
git.i.cōponit & docet:equū docilē.i.q̄diu docilis ē videlicet ī tenera ceruice:ire.i.īgrediviā:quā
eques.i.insessor mōstrat.Catulus.i.canis puus:venaticus. i.ad venationē destinatus:ex quo tē
pore.i. post qđ tp̄s:latrauit.i.latratu petijt & lacessiuit pellē ceruinā:in aula:ipse militat.i. exer-
cet se:hoc ē venat̄ in siluis.O puer adhibe:vel (qa hoc diceret̄ scđm tertiā cōiugationē: qđ alibi
nō repit̄:lege rē poti⁹) adbibe nūc pectore puro.i.dū pectus purū habes:verba.i. p̄cepta philo-
sophica: & offer te nūc melioribꝰ sup.p̄ceptis aut p̄ceptoribus.Nā testa.i.vas fictile p̄cipue ru-
ptū:tūc enī testa dr̄ & odorē p̄cipue emittit:seruabit diu odorē:quo ip̄a recēs est semel imbuta.i.
vñ primā tincturam cepit: ꝙ si tu cessas:aut anteis.i.p̄cedis existēs strēnuus.i.nimis velox.i. si
mediocritatē nō seruas ego nec opperior.i expecto tardū: nec insto p̄cedētibus.i.eis nō facio vt
pręuertam aut ante eam impedimentum.quasi dicat meo modulo incedam.

Argumentū Ascensianum tertię epistolę.

Plurima perquirit rediturum Tertia Florum.

Ordo est.Tertia sup.epl̄a pquirit i.interrogat florū.s.iuliū florū qui sub tyberio militabat: plu
rima.s.de statu plurimorū : rediturū .s.a malitia.

Epistola. iii. ad Iulium florum.

IVli flore qbus terrarū militet oris
Claudiꝰ augusti puignꝰ scire laboro.
Thraca ne vos hebrusq; niuali cōpede vinctꝰ:
An freta vicinas inter currentia turres:
An pingues asię campi collesq; morentur.
Quid studiosa cohors operū struit:hęc quoq;
Quis sibi res gestas augusti scriber̄ sūit:(curo
Bella qs & paces longū diffundit in ęuum.
Quid titius romana breuiventurus in ora:
Pindarici fontis qui non expalluit haustus
Fastidire lacus & riuos ausus apertos:
Vt valet: vt meminit nostri:fidibus ne latinis
Thebāos aptare modos studet: auspice musa
An tragica deseuit & ampullatur in arte.

IVli flore.Hāc epistolā vt di-
xi scribit ad Iuliū florū q vt
Acro scriptū reliquit ī cohor
te fuit amicoꝝ.i.īter amicos tiberij ne-
ronis claudij q ab Augusto īperiū acce
perat,fuit enī natꝰ ex Liuia & ideo fuit
adoptiuꝰ Augusti & amicꝰ Horatij. vñ
ī libris carminū Neronū domū plurim
laudauit.Nec vera ē lectio apđ Acronē
vbi ex Iulia natꝰ legit̄.qa Suetoniꝰ in
vita eiꝰ maīfeste ex liuia natum asserit:
quā Augustꝰ duxit adhuc viuo sed cō-
cedēte marito:vñ priuignꝰ eiꝰ fuit.hūc
aūt florū sub tiberio ī thracia militātē
hac epistola multa familiariter pcūctat̄
pręcipue de socijs eiꝰ musicę studiosis
deinde nequa pars eruditione sācta va
cet:eūdē Iuliū multa salubriter monet
p̄cipue vt dīnę sciētię & paci ac cōcor-
dię studeat .Ordo ē.O Iuli flore ego la
boro.i. studeo & cupio laboriose scire
qbus ꝓ in qbꝰ oris terrarū militet clau-
diꝰ.s.tyberiꝰ nero priuignꝰ augusti .i.
ex liuia cōiuge eiꝰ & alio marito natus
militet.i.militiā exerceat: ne ꝓ an:thra
ca.i.thracia.& hebrus fluuiꝰ thracię:vīctꝰ.i.īpeditꝰ ne fluat:cōpede niuali.i.ꝑpetua niue ac gla
cie.anfreta.i.maria cōcurrentia īter vicinas turres.s.seston & abidon:an pingues cāpi & colles
asię morentur.i.detineant vos.Et laboroscire quid operum struit cohors studiosa.s.litterarum
& ego curo sup.scire:quoq; id ē etiā hęc videlicet qs sumit.i.assumit scribere res gestas augusti:
hoc est quis diffundit.i. extendit ꝓmulgat in lōgū ęuū bella & paces augusti.nā in vtrisq; clarꝰ
fuit.Quid titius poeta ille supple facit:titius dico venturus breui supple tempore: in ora roma
na.i.laudationem & admirationem romanorum:qui non expalluit.i. veritus est sumere : haustꝰ
pindarici fontis.i.vnde pindarus lyricorum laudatissimus odas hausit: ausus præterea fastidi
re.i.respuere lacus & riuos apertos id est faciles & parabiles mlt̄isq; expositos.hᵒ ē triuiales seu
vulgares : vt. i.quō valet:vt.i.qualiter memīt.i.memor ē aut mētionē facit nr̄i.Ne ꝓ an: studet
aptare fidibus.i.chordis aut lyricis īstrumētis:latinis:modos. i. modulos.hᵒ ē versꝰ thebanos
i.pīdaricos qa pīdarꝰ thebanꝰ fuit:& hoc musa auspice.i. auspicāte hᵒ ē fœlici successu.an desę
uit.i.sęuꝰ&altiloquꝰ fit& āpullatꝰ.i.īflat̄ ī arte tragica(ꝑhᵒ oñdit eū aptiorē ad lirica q̄ ad tragica

Datiui. natura.

Quid mihi &c. Curo etiam sup. scire: qd celsus aliuꝰ poeta agit (mihi adiectū est de more loquēdi. Nā sępe datiuū ponimus: auctore Valla: ad nullū pręcisę respiciētē. vt hic mihi semp dormit &c. celsus dico monitꝰ & monēdus multū: vt quęrat opes sup. lrarias: hoc est poeticas. priuatas .i. sibi ꝓprias: & nō furtiue vndecūq; ablatas: & vt vitet. i. caueat tangere scripta quęcūq; apollo palatinus. i. in ędem camęnarū hoc est i palatio ab augusto sacratus: recepit. hoc est quęcūq; publice legēda in ędem apollinis illata sunt: ne si grex auiū .i. (ꝑ metaphorā sūptā ex apologis ęsopi) multitudo poetarū venerit forte olim. i. aliquādo repetitū plumas suas: ipe cornicula. i. qualis fuit cornicula nudata coloribus furtiuis moueat risum. Nā cornicula sublegerat singulis auibus plumas aliquot: ꝓpriis reiectis atq; ita i cœtū auium ingressa: admirationi fuit: sed mox cognitis plumis: & repetitis nuda derelicta risū mouit. Curo sup. scire qd ipe. i. tu audes: q̄ thyma. i. quos libros (et hoc ꝑ metaphorā sumptā ab apibus quę circū thyma herbas videlicet suaues & oboriferas volitantes: redolentia mella colligūt: quō florꝰ optima quęq; legēs decerpit sibi q̄ placeāt) tu circūuolitas agilis. i. celer Ingeniū nō est tibi puū: nō est tibi incultū: nec hirtū. i. hirsutum vt ager incultus vepribus & tribulis hirtus est: turpiter. i. indecēter: seu. i. sine tu acuis. i. exerces linguam causis sup. dicēdis: seu paras rndere iura ciuica. i. ciuilia: seu condis. i. componis carmen amabile. i. amatoriū: tu feres. i. reportabis prima. i. pręcipua prędia: hederę victricis. i. victoriā denotantis ꝙ si tu posses relinquere fomenta curarū: tu ires sup. eo quo sapiētia cęlestis .i. diuina. s. theologia: cuiꝰ poetę primi professores fuerūt: duceret te. Properemꝰ parui & ampli hoc opus & hoc studiū: si volumꝰ eē cari patrię: ꝙ ꝑ et si volumus esse cari bonis. i. iustis viris. Tu debes rescribeae etiā hoc: an sup. numātius sit tibi curę sup. tātę: quantę sup. curę: cōueniat. i. deceat sup. tibi esse. An gratia male sarta. i. cōsuta. cōpacta. cōglutinata. inita: coit. i. cōsoli dat nequicq̄. i. nullo mō. & rescinditur. i. separat. At vos seu sanguis calidus seu inscitia rerū vexat vos feros ceruice indomita. i. more pullorū equinorū nondū domitorū: vbicūq; locorū viuitis: vos viuitis indigni rūpere fœdus fraternū. i. inter vos fratres ictū. Iuuēca. i. vitula: votiua. i. quā voui: pascitur in vestrū reditū. i. quā mactabo diis ꝓpreditu vestro vbi redieritis.

Quid mihi celsꝰ agit mōitꝰ multūq; monēdꝰ
Priuatas vt quęrat opes: & tangere vitet
Scripta palatinus quęcūq; recepit apollo:
Ne si forte suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas: moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus: ipse quid audes:
Quę circū volitas agilis thyma: nō tibi paruū
Ingeniū: nō incultum est nec turpiter hirtum
Seu linguā causis acuis: seu ciuica iura
Respondere paras. seu condis amabile carmē
Prima feres hederę victricis prędia. q; si
Frigida curarum fomenta relinquere posses:
Quote cęlestis sapientia duceret: ires.
Hoc opus: hoc studiū parui properemꝰ & ampli:
Si patrię volumusq;: bonis si viuere cari.
Debes hoc etiam rescribere: sit tibi curę
Quātę cōueniat numantiꝰ: an male sarta
Gratia nequicq̄ coit & rescinditur. at vos
Seu calidus sanguis: seu rerum inscitia vexat
Indomita ceruice feros: vbicūq; locorum
Viuitis indigni fraternū rumpere fœdus.
Pascitur in vestrū reditum votiua iuuenca.

Argumentum quartę epistolę primi libri.

Fortunis vti te Quarta tuis monet Albi.

Ordo ē. Albi: quarta sup. epistola prī libri monet te vti tuis fortūis. dicēs Oēm crede diē &c.

Albi nostrorū. Hac epistola albiū tibullū elegoꝝ scripto rē tersissim & diligētissimū: vno i pueros amore notatū: familiarit allo q̄ monetq; vt i huiꝰ mūdi freto ni-

Ad albiū amicū suū. Epistola quarta

Albi nr̄orum sermonū c ādide iudex
Quid nūc te dicā facē i rgioe pedana

Scribere qđ crassi parmēsis opuscula vincat.
An tacitum siluas interreptare salubres,
Curantē quicquid dignū sapiente bonoq; est.
Non tu corp⁹ eras sine pectore:dii tibi formā
Dii tibi diuitias dederunt artemq; fruendi.
Quid voueat dulci nutricula maius alumno
Qz sapere & fari possit quę sentiat:& cui
Gratia:fama.valitudo contingat abunde
Et mūdus victus non deficiente crumena:
Inter spem curamq;timores inter & iras
Omnē crede diē tibi deluxisse supremum:
Grata superueniet q̄ non sperabitur hora.
Me pinguē & nitidum bene curata cute vises
Cum ridere voles epycuri de grege porcum.

siluas salubres.i. varia pbox scripta:curātē quicqd dignū est viro sapiēte & bono. Tu non eras corp⁹ sine pectore.i. sine aīa rationali:qa dii dederūt(Acro dicit dederūt mediā breuē hr̄e:vñ le gēdū est dederūt:nō dederāt.qa nō est dubiū quin dederāt ꝑmā corripiat. Sic in buco.dr̄. Matri longa decē tulerūt fastidia mēses.Q đ aūt dicit deos dedisse formā cōtra epycurios est: & ita posset videri sibi cōtrari⁹ cū dicet se epycuri de grege porcū. nisi ī prīa epla dixisset se nulli⁹ iuraturū in verba mgr̄i)tibi formā:dii dederūt tibi diuitias & artē fruēdi sup.diuitijs . Quid nutricula voueat.i. vouēdo optet maius dulci alūno q̄ vt possit sapere & fari q̄ sentiat:& cui gr̄a.fama.valitudo cōtingat abūde.& vict⁹mūd⁹.& hoc crumęna.i. sacculo pecuniax nō deficiēte. Valitudo dr̄ a valido pro validitudo. vñ scđa ꝓducit . Crede inter spem & curā:q; pro et : inter timores & iras oēm diē deluxisse tibi supmū.i. vltimū:hoc est sic viue quasi quotidie moritur⁹:quin adeo ī elegis suis sępe mortis meminit quę īmaturū abstulit.Hora q̄ non sperabat.i.mortis supueniet grata.i.vltro vocata.vel vt q dā textus hñt grate:& est abltūs solus:nā aduerbiū ꝓducit. aut verius vt dixi sic.Crede oēm diē supmū & ita tibi de lucro.qa hora q̄ nō sperabit . i. q̄ prēter spem addet supueniet grata.Tu vises.i.venies visum:me pinguē & nitidū cute bn̄ curata .i. habētem cutē bene curatā:cū.i.qn̄ tu voles ridere porcū.i.hominē voluptuosum de grege epycuri.

Argumentum quintę epistolę primi libri.

Torquatum ad cęnam iucundam quinta vocabit.

Ordo est.Quinta sup.epla primi libri vocabit.Torquatū aduocatū quēdam amicum horatij: ad cęnam iucundam:quam etiam iucunde describit.

Ad Torquatum Epistola V

SI potes archaicis conuiua recumbere lectis:
Nec modica cęnare times hol⁹ oē pa
Supmo te sole domi torq̄te manebo (tella
Vina bibes iterum tauro diffusa :palustres
Inter minturnas sinuessanūq; petrinum:

